13. De las faltas especiales que se cometan por los militares en el ejercicio de sus funciones, ó que afecten inmediatamente al desempeño de las mismas.

14. De las infracciones de las reglas de policía de las naves, puertos, playas y zonas marítimas, de las Ordenanzas de Marina y reglamentos de pesca en las aguas saladas del mar.»

Licet prædicta dispositio promulgata et applicata fuerit in Philippinis, in suspensum mansit et manet usque hodie quòd refertur ad communia delicta clericorum. Gaceta de Manila, 2 et 8 Junii 1869.

«Los clérigos no han gozado ni gozan del privilegio del fuero en todos los actos que ejecuten, y por lo tanto quedan sujetos al juez seglar por derecho común en las cuestiones feudales, en las demandas que deduzcan contra los legos sobre pertenencia suya ó de la Iglesia de una cosa que estos aseguren ser suya; en los delitos (1) de apostasía, y entre nosotros tampoco le gozaban en una multitud de causas civiles y criminales, que se expresan en las leyes (2) de partida y Recopiladas, no ménos que en disposiones posteriores (3). Hoy el fuero eclesiástico entre nosotros casi ha desaparecido, puesto que el decreto del Gobierno provisional, expedido en 6 de Diciembre de 1868, deja un solo fuero para todos los Españoles. El art. 2.° dice así: «Los tribunales eclesiásticos continuarán conociendo de las causas sacramentales, beneficiales y de los delitos eclesiásticos con arreglo á lo que disponen los sagrados cánones.»

---

(1) Véase el tomo II de nuestra obra de *Procedimientos*, página 225 y siguientes.

(2) Véase dicho tomo en el lugar citado, y el tomo III de la citada obra, pág. 335 y siguientes. No estando en observancia, sería superfluo citarlas aquí.

(3) Por disposiciones dadas desde 1827 á 1837 no gozaban fuero los clérigos en causas de contrabando, inquilinato y otras varias.

«También será de su competencia el conocer de las causas de divorcio y nulidad del matrimonio, según lo prevenido en el Santo Concilio de Trento; pero las incidencias respecto del depósito de la mujer casada, alimentos, litisexpensas y demás asuntos temporales, corresponderán al conocimiento de la jurisdicción ordinaria (1).» De modo que la autoridad eclesiástica ha sido privada en España por este decreto-ley del conocimiento de casi todos los asuntos y causas en que venía entendiendo hasta la referida fecha, y su jurisdicción ha quedado limitada á las causas meramente espirituales, y al conocimiento y fallo en algunas otras acerca de las cosas íntimas ligadas con aquellas.»

. . . .

«10. Un clérigo puede verse en la necesidad de demandar á un lego ante la autoridad civil, cuando se tratare de un asunto temporal acerca del cual no puede citar á aquel ante el tribunal eclesiástico, y en este caso es preciso que impetre el clérigo la licencia de su prelado, á fin de no incurrir en la excomunión fulminada en el Concilio de Agde (2).

Cuando el clérigo tiene que demandar á otro clérigo ante un juez seglar, debe igualmente impetrar la venia de su prelado para no incurrir con mayor razón en las penas canónicas, que deben imponérseles según lo mandado por el Concilio de Calcedonia. Mas el que da lugar á ello con su tenacidad, y rehusando poner el asunto en manos de árbitros, debe ser castigado severamente.»

«Los clérigos demandados ante los tribunales civiles, no están comprendidos en lo sancionado por los citados concilios: pero deben evitar en cuanto sea po-

---

(1) Este decreto se mandó que fuera tenido como ley por disposición de las Córtes, dada en 19 de Junio de 1869. La restauración no la ha derogado.

(2) Véase el tomo II de nuestra obra de *Procedimientos eclesiásticos* pág. 255 y siguientes.

sible su presentación, procurando componerse con su contrario, y respecto al caso en que sean llamados como testigos en causas graves, deben con mayor razón hacer cuanto (1) esté de su parte para eximirse de ello, habida consideración á su estado.»

«11. Aunque ya no exista el fuero eclesiástico en España por derecho civil, con todo, ni el clero ni los católicos podemos considerarlo como abolido, *sino de hecho*. Ni está en el poder de un gobierno abolirlo, ni ménos podia hacerlo el Gobierno español, teniendo el compromiso con el Papa de no alterar el *statu quo* de las relaciones entre la Iglesia y el Estado, pactado en los artículos 43, 44 y 45 del Concordato novísimo.»

«Conviene por tanto, saber como se procedía y opinaba por el Consejo de Castilla en estas materias (2).»

«Varios delitos cometidos por algunos malos clérigos, á principios de este siglo, concitaron la opinión contra el fuero eclesiástico. Consultados en 1804 los fiscales del Consejo Arjona y Viegas, dieron dictámen contra la inmunidad en delitos atroces. El Consejo opinó qne en casos tales el juez secular formase el proceso, avisando al eclesiástico para que asistiese á las diligencias, si quería. El Gobierno escribió en este sentido al cardenal Gonzalvi, el cual en 5 de Julio de 1805 no accedió á ello (3).

«En 1816 y 1824 volvió á tratar esta cuestión el Consejo, con motivo de delitos atroces de algunos clérigos, y en unos y otros casos propuso el Consejo que

(1) Véase el tom. III de los *Procedimientos*, pág. 294.

(2) Aunque el Emperador Cárlos V hizo agarrotar al Obispo Acuña, mandó al alcalde Ronquillo y otros ministros que impetrasen absolución. En la ruidosa causa política *del Pastelero de Madrigal*, Felipe II hizo juzgar por un tribunal mixto y de acuerdo con el Nuncio á los frailes portugueses encausados, á pesar de ser causa de lesa majestad.

(3) Publicó estos dictámenes muy curiosos el Sr. Mas y Abad en el tom. XXXIV de la Revista de Jurisprudencia y Legislación, donde pueden verse.

procediesen ambos jueces citando el secular al eclesiástico, y añadiendo en 1824, que si no se hacia en breve plazo la degradación por el prelado eclesiástico, se ajusticiase al clérigo delincuente sin degradarle. En los dictámenes hay algunas discrepancias y votos particulares.»

«Pero encendida la guerra civil en 1834 y rota desde entónces la intimidad entre la Iglesia y el Estado en España se prescindió por el Gobierno, aun de esos miramientos.»

. . . .

«La Iglesia desea que los clérigos no litiguen; pero no les prohibe en absoluto el ejercicio de este derecho, sino únicamente el que le utilicen ante los jueces legos, y por esto los cánones impusieron penas á los clérigos que acudiesen á los jueces seglares en sus pleitos con otros clérigos, dejando de hacerlo ante el propio Obispo. Mas no por eso se entienda que se les prohibe absolutamente acudir ante el juez seglar, cuando hayan de demandar á un seglar, según la máxima *actor sequitur forum rei*, etc.; porque en estos casos podrán utilizar este medio con permiso de su prelado, como se ha manifestado en la lección XXXVI (1). De lo contrario, no podrian en muchos casos cobrar sus deudas ni las rentas contra legos insolventes.»

. . . .

«5. Las leyes recopiladas no reconocen en los clérigos el privilegio del fuero en los pleitos de testamentaria, en los juicios reales y consiguientes á las herencias, como son los de nulidad de testamento, inventario y particiones, en los pagos y servicios de lanzas y otros derivados de feudos y donaciones reales; en los arriendos de contribuciones, rentas reales, consumos, mayorazgos, inquilinatos, diezmos novales, funerales y prerogativas de sepulturas y cementerios.»

---

(1) Véase el tomo II de nuestra obra de *Procedimientos*, página 265.

«Tampoco reconocen fuero en los clérigos respecto á los delitos atroces, de alta traición y lesa majestad, que, según dichas leyes, son castigados con la pena capital (1), extrañamiento perpétuo, etc. Puede decirse que en la actualidad los clérigos ya no gozan fuero, y que el poder civil los considera casi como cualquier otro ciudadano.

. . . .

«10. El acto de conciliación es muy conforme en su esencia al espíritu de la Iglesia y á la doctrina de Jesucristo, según aparece claramente de aquellas palabras: *Si peccaverit in te frater tuus..... affer tecum testes......* Así que, los juicios arbitrales de los prelados de la Iglesia en los primeros siglos, no eran quizá otra cosa que meros actos de conciliación. Pero estos actos han de intentarse entre nosotros ante el juez de paz ó municipal, y por lo tanto, aunque no son verdaderos *juicios* (2) en el rigor técnico de la palabra, conviene que los clérigos no citen á otros de su clase para este acto, sin que antes empleen los medios convenientes para arreglar sus diferencias, bien eligiendo árbitros de común acuerdo, ó ya presentándose con este objeto ante el prelado ó su vicario. Si esto no diere resultado, entonces podrán usar de su derecho (3) acudiendo á los jueces municipales, como medio indispensable para entablar la clase de demanda que proceda con la venía del Prelado, que es lo más seguro.»

. . . .

«7. La autoridad temporal no tiene derecho para intervenir en las cosas espirituales, pero si en las *mix-*

---

(1) Véase el párrafo segundo de la lección XXXVI, y además el tomo II de nuestra obra de *Procedimientos*, pág. 227 y siguientes.

(2) Cuando se los introdujo por primera véz en 1821, se los llamó *juicios de conciliación*, y á los alcaldes que actuaban en ellos se los denominaba *jueces de paz*: últimamente se los denomina *actos de conciliación.*

(3) Véase el tomo II de los *Procedimientos Eclesiásticos*, página 248 y siguientes.

tas, en la parte que son temporales, si tienen más de materiales que de espirituales. Así, por ejemplo, los testamentos pertenecen originariamente al poder temporal, pero los legados piadosos, que contengan, y su ejecución son cosas mixtas, en las que entienden la potestad eclesiástica y la secular en su respectivo órden. Lo mismo debe decirse de las causas decimales y de las de derecho de patronato, que, por su naturaleza son eclesiásticas, pero si se trata de la mera posesión de los bienes sobre que recaen el patronato real, ó la tributación decimal, y se cuestiona sobre quién se halla en ella, entiende la autoridad temporal. Son igualmente mixtas las cosas relativas á la construcción de Iglesias y cementerios, seminarios y hospitales, y en este concepto el Estado tiene en todo ello una intervención más ó menos directa, en lo que se refiere al órden público, higiene, seguridad del edificio y ornato exterior, pero no en su régimen interior, ni en lo que concierne á la educación religiosa y moral, y por lo que hace á la parte espiritual, según luego se dirá.» Salazar, *Discip. Ecles.* Lecc. 36, 38 y 46.

In causis judicialibus nihil valet Indiarnm Patronatus. R. C. 5 April. 1759 pro Quito; not. ad legem 38, tít. 6, lib. 1.° Rec. Ind.; P. Corominas, 1.°, 307, 1.°

Pro coronide totius quæstionis audiantur hæc Sti. Thomæ verba, 2.ª 2.æ, q. 60, 6, ad 5: «Ad tertium dicendum, quod potestas sæcularis subditur spirituali, sicut corpus animæ (ut Gregorius Nazianz. dicit orat. 17); et ideo non est usurpatum judicium, si spiritualis prælatus se intromittat de temporalibus, quantum ad ea in quibus subditur ei sæcularis potestas, vel quæ ei à sæculari potestate relinquuntur.»

Ley de Enjuiciamiento civil:

Competencia en el juez. Art. 55 h. 100; 1668 h. 1671; 109.

Cuestiones de jurisdicción entre Tribunales eclesiásticos y seculares. Art. 96 h. 100; 109 h. 137.

Jueces y Tribunales dirigiéndose á funcionarios y autoridades de otro órden. Art. 273 h. 285.

Resoluciones del Tribunal Supremo sobre competencia, pág. 617 h. 623, edic. de Conrrotte.

Fuero competente en diversas clases de cosas y personas. Manual de los jueces de paz, tomo 2.°, 17 y 18.

Delitos que causan desafuero. Ibid., tom. 1.°, 25.

Sed canonicè loquendo stat fori privilegium, dummodo clericus non privetur ab illo per Ecclesiam, vel sponte relinquat habitum clericalem.—Etenim immunitas ecclesiástica, personalis et realis, ac per consequens fori et canonis clericorum privilegium, à jure divino sunt, ut constat ex Trid. ses. 25. cap. 20 de reform. —V. Maschat, lib. 2.°, tit. 2.° paragr. 3.°

NÚM. 8.

DE FORO COMPETENTI PAROCHORUM REGULARIUM IN PHILIPPINIS.

Difficilem quæstionem de foro competenti parochorum regularium in Philippinis aggredimur, propter eximiam modestiam P. Corominas, qui illam indicavit, sed non resolvit, in lib. 1. tit. 9., ubi potius quam hìc adesse debuerat.

Itaque in duas partes laborem nostrum dividimus: exponentes in prima leges, in secunda corollaria legum.

Hujus quæstionis principia hæc sunt.

1. Judex, legum minister et custos est, non arbiter: «Cum enim fuerint leges institutæ et firmatæ, non licebit de ipsis judicare, sed secundum ipsas,» loquitur Augustinus in lib. de vera Religione, cap. 31. Et in cap. 1. de Constitutionibus sic habetur. «Nemo in judiciis ecclesiasticis suo sensu, sed canonum auctoritate ducatur.»

2. «Sententia judicis est quasi quædam particularis lex in aliquo particulari facto. Et ideo sicut lex generalis debet habere vim coactivam, ut patet per Philosophum (Ethic. lib. X, cap. ult.), ita etiam et sententia judicis debet habere vim coactivam, per quam constringatur utraque pars ad servandam sententiam judicis; alioquin judicium non esset efficax. Potestatem autem coactivam non habet licitè in rebus humanis nisi ille qui fungitur publica potestate; et qui ea funguntur, superiores reputantur respectu eorum in quos sicut in subditos potestatem accipiunt, sive habeant ordinariam sive per commissionem. Et ideo manifestum est quod nullus potest judicare aliquem, nisi sit aliquo modo subditus ejus vel per commissionem, vel per potestatem ordinariam.» 2.ª 2.æ q. 67. 1.°

3. Semi-inamovilitas vicariorum parœciarum, quæ sunt unitæ cathedralibus, monasteriis vel aliis locis, a-

Trid. decreta ses. 7. c. 7: «Beneficia ecclesiastica curata, quæ cathedralibus, collegiatis, seu aliis ecclesiis, vel monasteriis, beneficiis, seu collegiis, aut piis locis quibuscumque perpetuo unita, et annexa reperiuntur, ab Ordinariis locorum annis singulis visitentur: qui solicitè providere procurent, ut per idoneos vicarios, etiam perpetuos, nisi ipsis Ordinariis pro bono ecclesiarum regimine aliter expedire videbitur, ab eis cum tertiæ partis fructuum, aut majori, vel minori, arbitrio ipsorum Ordinariorum, portione, etiam super certa re assignanda, ibidem deputandos, animarum cura laudabiliter exerceatur: appellationibus, privilegiis, exemptionibus, etiam cum judicum deputatione, et illorum inhibitionibus quibuscumque in præmissis minimè suffragantibus.»

«In monasteriis, seu domibus virorum, seu mulierum, quibus imminet animarum cura personarum sæcularium, præter eas, que sunt de illorum monasteriorum, seu locorum familia, personæ, tan regulares, quam sæculares, hujusmodi curam exercentes, subsint immediate in iis, quæ ad dictam curam, et Sacramentorum administrationem pertinent, jurisdictioni, visitationi, et correctioni Episcopi, in cujus diœcesi sunt sita. Nec ibi aliqui, etiam ad nutum amovibiles deputentur, nisi de ejusdem consensu, ac previo examine, per eum, aut ejus vicarium faciendo.» Ses. 25, c. 11.

Ex quibus constat parochos etiam regulares gaudere quodam jure perpetuitatis late sumpto; nec possunt, nisi ex rationabili causa, amoveri, ut habetur Cap. Unic. de Capell. Monach. in 6.°; et firmatur constitutione apostolica Bened. XIV. «Cum alias»; et patebit plenius ex seqüentibus.

4. Conversio paræciarum in beneficia, et inamovilitas parochorum beneficialium, decreta à Trid. ses. 21 cap. 6: «Quia illitterati, et imperiti parochialium ecclesiarum rectores sacris minus apti sunt oficiis; et alii propter eorum vitæ turpitudinem potius destruunt, quam ædificant; Episcopi, etiam tamquam Apostolicæ sedis delegati, eisdem illitteratis, et imperitis, si alias honestæ vitæ sint (Conc. Tolet. VIII. Canon. 8.); coad-

jutores, aut vicarios pro tempore deputare, partemque fructuum eisdem pro sufficienti victu assignare, vel aliter providere possint; quacumque appellatione, et exemptione remota. Eos vero, qui turpiter, et scandalosè vivunt, postquam præmoniti fuerint, coerceant, ac castigent; et si adhuc incorregibiles in sua nequitia perseverent, eos beneficii, juxta sacrorum canonum constitutiones, exemptione, et appellatione quacumque remota, privandi facultatem habeant.» Et ses. 24, cap. 13: «In iis quoque civitatibus, ac locis, ubi parochiales ecclesiæ certos non habent fines, nec eorum rectores proprium populum quem regant, sed promiscuè petentibus Sacramenta administrant: mandat sancta synodus Episcopis pro tutiori animarum eis commissarum salute, ut, distincto populo in certas, propriasque parochias, unicuique suum perpetuum, peculiaremque parochum assignent, qui eas cognoscere valeat; et à quo solo licite Sacramenta suscipiant; aut alio utiliori modo, prout loci qualitas exegerit, provideant. Idemque in iis civitatibus, ac locis ubi nullæ sunt parochiales, quam primum fieri curent: non obstantibus quibuscumque privilegiis, et consuetudinibus, etiam immemoriabilibus.»

5. Elementa constitutiva jurisdictionis ordinariæ sunt: potestas à lege concessa; super subditos determinatos, in loco determinato.

6. Præcipua jura parochorum beneficialium sunt: jurisdictio ordinaria et propria; et quod nullus, absque illorum consensu, functiones sacerdotales exercere possit in illorum parochia.

7. Dantur parochi non beneficiati: castrenses ex. gr., qui nec sunt perpetui, nec percipiunt fructus ex bonis Ecclesiæ, quoad Hispanias pertinet.

8. Breve «Exponi nobis» S. Pii V. ad Regem Hispaniarum Philippum II., qua auctorizantur regulares in Indiis ut *sequantur* cum administratione sacramentorum et cura animarum absque licentia nec approbatione Ordinarii, non obstante dispositione Trident. super hac re. (24 Martii 1567.)

9. Constitutio *Ad exequendum* ejusdem S. S. Pii V. (Novembr. 1567.) reformando quod disponit Trid. Synodus, quæ reformavit anteriorem et generalem disciplinam super parœciis unitis cathedralibus, monasteriis vel aliis locis, et disponendo: 1 nominationem, cum ageretur de parœcia unita monasterio, à superiore regulari; 2. cum approbatione ordinarii; 3. et examine ab ordinario; 4. institutionem obligatoriam per ordinarium, si designatus à superiore regulari consideratur ab ordinario idoneus; 5. amovilitatem ad nutum Prælati regularis. (1)

10. Breve «Religiosorum quorumque» Clementis Papæ VIII. (8 Novembr. 1601), per quos regulares, curam animarum exercentes in Indiis, considerantur viventes intra claustra, et «in concernentibus curam animarum ordinario loci subesse (nec etiam hoc locum habuit in Philippinis usque ad concilium Manil.), in *reliquis* vero non ordinario loci sed suis superioribus subjectos remanere, de quorum licentia extra claustra degunt.»

11. Generalis disciplina de jurisdictione in regulares viventes intra claustra.

12. Bulla «Firmandis atque asserendis» Benedicti XIV. (6 Novembr. 1744.), cujus titulus est: «De jurisdictione Episcoporum quoad Ecclesias Parochiales Regularium, et Personas curam Animarum Subditorum sæcularium in eis exercentes:» in qua: 1 loquitur de visitatione paræciarum, quæ monasteriis sint unitæ; 2. de parochis sæcularibus vel regularibus prædictarum paræciarum; 3. statuit jus ordinarii ad visitandos, corrigendos et deponendos prædictos parochos, et eorum omnium, secularium et regularium, amovilitatem ad nutum Episcopi vel Superioris regularis.

13. Bulla «Quamvis» ejusdem R. Pontificis, 24 Februarii 1746, cujus titulus est: «Jurisdictio Episcoporum in Ecclesias Parochiales Regularium pro Indiarum

---

(1) Prædicta constitutio derogata fuit per aliam «In tantos» 1 Mart. 1573. Bullar. tom. 2.

Regionibus declaratur:» in qua legitur: 1. «Equidem alias beatæ memoriæ Prædecessori Nostro Sancto Pio Papæ V. ex parte claræ memoræi Filippi II. Hispaniarum Regis Catholici exposito, quod in partibus Indiarum Maris Oceani, propter deficientiam Presbiterorum, Officia et munia Parochialia à Religiosis Viris exercebantur, qui magno animarum fructu, Indorum conversiones promovebant, et Ecclesiæ Sacramenta eisdem administrando, ac Verbum Dei prædicando et explicando, Religioni ac pietati utilem navabant operam; idem Pius Prædecessor, supplicationibus super hoc ex parte dicti Philippi Regis humiliter sibi porrectis inclinatus, per suas Litteras incipien. Exponi Nobis, datas apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XXIV. Martii anno MDLXVII, omnibus et singulis Religiosis, quorumcumque etiam Mendicantium Ordinum, in dictis Indiarum partibus, in eorumdem ordinum Monasteriis, vel de suorum superiorum licentia extra illa commorantibus, ut in locis ipsarum partium eis de simili licentia assignatis, vel assignandis, officium Parochi, Matrimonia celebrando, et Ecclesiatica Sacramenta ministrando, prout eatenus consueverunt, (dummodo ipsi in reliquis ejusdem Concilii Tridentini formam observarent) exercere, et Verbum Dei, quatenus Indorum illarum partium Idioma intelligerent, de suorum Superiorum licencia in eorum capitulis Provincialibus obtenta, prædicare, ac confessiones audire, libere, et licite valerent, seclusa etiam ordinariorum Locorum licentia per hæc expressa verba: *Ordinariorum Locorum, et aliorum quorumcumque licentia minime requisita*, facultatem, auctoritate Apostolica concessit, et indulsit: *Volens insuper et eadem auctoritate statuens, Ne in locis dictarum partium, in quibus essent Monasteria Religiosorum qui animarum curam exercerent*, aliquid per Episcopos innovaretur.» 2. Derogat privilegio S. S. Papæ Pii V. regularibus concesso, ad exercendum in Indiis officium parochiale absque ordinarii licentia. 3. Obligat omnes, prædictum officium parochiale exercentes in Indiis Occidentalibus vel Orien-

talibus, ad petendum et obtinendum licentiam et jurisdictionem ab ordinario.

14. Bulla «*Cum nuper*» ejusdem R. Pontif., 8 Novembr. 1751., cujus titulus est: «Ecclesiæ Parochiales, Aliaque officia ad animarum curam spectantia, in Indiis Occidentalibus Hispaniarum Regi subjectis, etiam secularibus clericis seu Presbyteris conferri posse, conceditur contrariis non obstantibus.» -1. In introductione, et in paragr. 1, 2, 3, 4, dicitur quod in Indiis Occidentalibus, America et Philippinis, solum regulares poterant esse parochi; quod debet mutari, et de facto mutatur prædicta disciplina; et refertur historia quæstionis super facultate in regularibus ad exercendum officium parochiale. En verba: «Cum nuper charissimus in Christo Filius noster Ferdinandus Hispaniarum Rex Catholicus, per Dilectum Filium nostrum Joachimum S. R. E. Presbyterum Cardinalem Portocarrero nuncupatum, ad sua, suorumque Regnorum negotia apud Nos, et Apostolicam Sedem gerenda specialiter deputatum, et voce et scripto Nobis repræsentari curaverit, opportuna aliqua Apostolicæ auctoritatis nostræ providentia opus esse in Indiis Occidentalibus ipsius Regis Dominio sujectis, super hoc, quod in iis Regionibus Parochiæ, Doctrinæ, aliaque Munia et Officia ad animarum curam pertinentia, per Regulares dumtaxat obtinentur, et administrantur, in vim quarundam Litterarum Apostolicarum à recolendæ memoriæ Prædecessore nostro S. Pio Papa Die XXIV Martii Anni MDLXII editarum, et incipientium; *Exponi nobis*; quibus aliorum etiam Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum confirmationes accesserunt; ex quo fit, ut universus Clerus Secularis illarum Partium, quantumvis à multo jam tempore, et numero frequens, et moribus, atque doctrina conspicuus esse dignoscatur, ab iisdem Parochiis, Doctrinis, cæterisque Officiis, atque muneribus animarum curam concernentibus, ommino exclusus remaneat; qua quidem de re quun Venerabiles Fratres nostri Archiepiscopi et Episcopi per easdem Indiarum Regiones constituti, non se-

mel apud ipsum Ferdinandum Regem conquesti fuerint, idcirco ipse, pro sua prudentia, magnopere expediens in Domino fore judicaret, ut quamvis etiam eorumdem Antistitum votis, et Sæcularis Cleri rationibus, obstarent Prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum Constitutiones, Nos, hodierni temporis circunstantias perpendendo ab illis longe diversas, quibus hujusmodi provisiones emanarunt, eisdemque Constitutionibus derogando, prædictis Archiepiscopis et Episcopis liberam facultatem concederemus, ut dictas Parochias, Doctrinas, aliaque munia, et Officia ad animarum curam spectantia, Regularibus Personis hucusque conferri solita, in posterum etiam Sæcularibus Clericis, seu Presbyteris conferre libere et licite possent: Nos, omnibus mature perpensis, quum Regiam hanc petitionem non modo Sacris Canonibus, sed etiam prædicti Sancti Pii Pontificis menti, et dictorum Prædecessorum nostrorum, ac Sedis Apostolicæ Institutis conformem agnoverimus; hanc rem ejusmodi esse gaudemus, ut liceat Nobis ea verba usurpare, quibus olim Magnus Prædecessor noster Innocentius Papa III Castellæ Regem est alloquutus: *Cum personam tuam, inter Christianissimos Reges, et Catholicos Principes, speciali dilectionis prærogativa in Domino amplexemur, preces ac petitiones tuas, in quibus possumus, libenti animo exaudimus, et ad ea gratanter intendimus, quæ Serenitati Regiæ novimus complacere*, ut videre est in ipsius Pontificis Epistolarum *Regist. XIII. lib. I. Epist. IV.*»

«§. I. Sane, quemadmodum negari nequit, ex veterum Canonum lege, Monachos, et Regulares Ecclesiarum Parochialium regiminis capaces fuisse; de quo diserte pronunciat Innocentius III in sua Decretali: *Quod Dei timorem. Tit. de Statu Monachor.* per hæc verba: *Et per antiquos Canones, etiam Monachi possunt ad Ecclesiarum Parochialium regimen in Presbyteros ordinari, ex quo debent prædicationis Officium, quod privilegium est, exercere.* Ita certum nunc est, ex recentiori Canonica Disciplina, interdictum esse Regularibus Parochialem curam assumere sine dispensatione

Apostolica; quæ dispensatio à Romano Pontifice non aliter concedi solet, quam si pro ea instet Episcopus; ab Episcopo autem solicitanda non est nisi Ecclesiæ necessitas, aut utilitas id suadeat: Qua de re Rescriptum adest Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, relatum à celeberrimo Scriptore Fagnano *in Commentar. ad cit. cap. Quod Dei timorem. num. 17. de Statu Monachor.* in hæc verba conceptum. *Cum fuerit requisitum, an Regularis possit præfici curæ animarum ab Episcopo, sine dispensatione Apostolica; Sacra Congregatio Concilii censuit, non posse, nisi accedente dispensatione; quæ non videtur concedenda, nisi instante Episcopo, pro necessitate, vel utilitate Ecclesiæ.* In eandem sententiam deinceps alia complura Decreta prodierunt à Summis Pontificibus confirmata. Quibus inter se collatis, nostroque diuturno studio et labore diligenter ponderatis, ad definiendam veterem controversiam super capacitate Canonicorum, Regularium *Lateranensium, et Sanctissimi Salvatoris* nuncupatorum, ad obtinenda Beneficia Curata, et Residentialia, Apostolicam Constitutionem septimo Idus Julii Anno Domini MDCCXLV edidimus, incipientem: *Quod inscrutabili*, quæ in Bulario nostro impressa est, *Tom. I. num. CXXXV*, atque etiam, una cum Disertatione super hoc à Nobis exarata, inserta fuit à diligentissimis Editoribus *in Commentariis Joannis Baptistæ Rigantii ad Regulas Cancellariæ Apostolicæ:* In qua nempe Constitutione decretum fuit, prædictos Canonicos, utpote veros Regulares, Apostolica Dispensatione indigere, ut hujusmodi Beneficia assequantur; tametsi *à Sanctorum Monachorum consortio non sejuncti, regulæ inserviant laxiori;* ut de ipsis loquitur prædictus Innocentius Prædecessor, in citato *cap. Quod Dei timorem, de Statu Monachor.*

«§. 2. Ab hac norma minime recessisse putandus est laudatus Prædecessor Sanctus Pius V., dum, per. suas allegatas Litteras: *Exponi nobis*, Religiosos Viros ad Parochias assequendas in partibus Indiarum Maris Oceani, aliaque Parochialia munia exercenda, habiles reddidit,

sed hanc suam concessionem ea ratione constabilivit, quod scilicet ipsi Regulares eo usque in dictis partibus Officio Parochi functi fuerant; additis sequentibus verbis; *propter Presbyterorum defectum*. Quibus nimirum verbis satis ostenditur, hujusmodi Litterarum dispositionem locum habere dumtaxat, ubi desint, nec haberi possint Presbyteri Seculares ad animarum curam exercendam idonei, juxta declarationem editam à felicis recordationis Prædecessore nostro Innocentio Papa X per Litteras Apostolicas datas die XV Maji Anni MDCXLVII, et Bullario Romano Relatas *Tomo V* inter ejus Pontificis Constitutiones *num. XXXII*, quarum initium est: *Cum sicut accepimus;* ubi de hac ipsa Plana Constitutione loquendo, statuit *illam non suffragari, nisi in locis, ubi est defectus Parochorum*.

«§. 5. Hæc olim per Nos ipsos, dum in minoribus constituti, Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum Secretarii munere fungebamur, latius deducta fuerunt, occasione propositionis cujusdam causæ *Mexicanæ*, quæ diebus quarta Julii, et octava Augusti Anni MDCCXXII in eadem Congregatione discussa fuit, ut videre est in *Tomo II Thesauri Resolutionum dictæ Congregationis Concilii*. Et quamvis ad instantiam tunc existentis Archiepiscopi Mexicani, contendentis liberam sibi fieri facultatem, ut Parochiales Ecclesias, atque Doctrinas, quas Rogulares privativo jure sibi vindicabant, conferre posset etiam Presbyteris Sæcularibus, quos magno numero, et requisitis qualitatibus prædictos in sua Diœcesi adesse asserebat, nihil tunc definitive rescriptum fuerit: Nihilominus hanc generaliter sententiam ab ipsa Congregatione admissam, receptamque meminimus, ac pro certo testamur quod nempe, deficientibus tantummodo Presbyteris Sæcularibus, prædicta Plana Constitutio locum habere deberet. Ideo autem nullum in ea Causa Decretum tunc editum fuit, quia, quum prædicta Plana Constitutio ad instantiam Regis Catholici primum emanaverit, et omnes Indiarum Occidentalium Regiones comprehendat; nihil prudenter decerni posse visum fuit, nisi et Decreta desuper edenda ad

Catholicorum Regum notitiam deducerentur, et non solum quid Mexicanæ Diœcesi, sed etiam quid aliis Indiarum Ecclesiis atque Diœcesibus contingeret; et magis opportunum foret, certis relationibus innotesceret.

«§. 4. Quare, quum hodie ex parte ipsius Regis Catholici opportuna super hoc providentia requiratur; hanc vero Archiepiscoporum, Episcoporum, aliorum Ordinariorum dictarum Regionum preces vehementer exposcant; Cumque hujusmodi preces, et Canonicis sanctionibus consentaneæ, et ipsius Sti. Pii Prædecessoris menti minime adversantes, et hujus demum Apostolicæ Sedis sensui institutoque conformes esse dignoscantur; cum denique æquum non sit, ut ejusmodi Privilegium, quod eo tempore concessum fuit, quum in Indiis Occidentalibus Presbyterorum Sæcularium copia non aderat, his etiam temporibus parem vim habeat, dum Cleri Sæcularis numerus satis amplius ibidem existit, pluresque Sacerdotes Sæculares ad animarum curam idonei, cæterisque optimis dotibus instructi reperiuntur. Idcirco Nos, prædicti Charissimi in Christo Filii nostri Ferdinandi Hispaniarum Regis Catholici instantiæ liberter annuentes, ac etiam motu proprio, et certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, præsentium Litterarum tenore, prædictis Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, et Episcopis, aliisque Locorum Ordinariis Dilectis Filiis, in Indiis Occidentalibus constitutis, permittimus et concedimus, ut, non obstantibus præmisis Sancti Pii V. Prædecessoris Litteris, aliisque in earum confirmationem ab ac eadem Apostolica Sede emanatis, (quibus etiam, quatenus opus sit, earundem præsentium serie ac dictis motu, scientia, et potestatis plenitudine derogamus,) Secu ares Clericos, seu Presbyteros quoscumque, quos scilicet, prævio examine, juxta ea, quæ in Concilio Tridentino, statuta sunt, idoneos et habiles repererint, ad Parochias, Doctrinas, et alia quœcumque munia et officia ad animarum curam pertinentia, prout ipsis opportunum in Domino visum fuerit, admittere et assumere, eisque etiam Parochiales Ecclesias

hujusmodi, aliaque Eclesiastica perpetua Beneficia, quibus animarum cura imminet, in Titulum conferre, dictos que Presbyteros, seu Clericos, de aliis providere possint et valeant; ad quem effectum Nos ipsis necessarias omnes et opportunas facultates concedimus et impertimur.»—2. Audiantur verba paragr. 5, 6, 7; «§. 5. Quia vero ex hac concessione nostra minime sequitur, quin Regulares prædicti plures adhuc Parochias, atque Doctrinas, in Indiarum Occidentalium Regionibus, et in præsens retinere, et in posterum adipisci valeant; aliunde autem Nobis relatum est, nonnullos hujusmodi Regulares animarum curam exercentes contendere, se Episcopis, et Ordinariis Locorum, *in officio officiando* dumtaxat, ut ipsis loquuntur, subjectos esse; Ideo Nos ad quarumcumque inordinationum pæricula avertenda, rectæque disciplinæ leges asserendas intenti, dicimus et declaramus, hujusmodi Regulares curam animarum gerentes, in iis quidem, quæ concernunt eorum Regularis Instituti observantiam, Episcopo nullatenus subjectos esse, sed à suis Superioribus Regularibus quoad hæc privative dependere; In iis autem, quæ vel ad ipsum spectant exercitium curæ animarum, vel etiam ad eorum vitam et mores pertinent, Nos ipsarum præsentium tenore declaramus, eosdem Regulares etiam Episcopis, aliisque Locorum Ordinariis subjectos esse; ideoque ab eisdem Episcopis, et Ordinariis, eorumque Visitatoribus, æque ac à suis Regularibus Superioribus, in his omnibus corrigi possunt; siquidem imposibile non est, ut alicujus ex ipsis vitæ ratio talis esse dignoscatur, quæ cum animarum regimine minime conveniat, et Fidelibus Parochiæ subditis, spirituale detrimentum et scandalum pariat. Hocidem, Canonicis Sanctionibus, et Concilii Tridentini Decretis inhærentes, jam dudum statuimus atque decrevimus, per nostras sub Plumbo Litteras datas duodecimo Kal. Decembris Anni MDCCXLIV, quarum initium est: *Firmandis atque asserendis,* et impressæ sunt in Bullario nostro *Tomo I num. CIX*, quæ, cum ad Indias etiam Occidentales se extendant, ibidem quoque execu-

tioni mandari debent, et inviolabiliter observari:—Quod idem decernimus de duabus Regulis in eadem Constitutione nostra, et Apostolicæ Sedis Decretorum auctoritate, constitutis; quarum una est, quod in omnibus rebus, in quibus Regulares animarum curæ præpositi Episcoporum simul, et Regularium Prælatorum jurisdictioni cumulative subsunt, si aliter ab uno, aliter ab alio Superiore judicari contingat, Episcopi judicium Regularis Superioris judicio semper præferri debet: Altera vero est, quod, quum Regulares nonnisi cum amovilitatis qualitate animarum curam exercere valeant, tam Episcopus, quam Regularis Prælatus, quoties ita in Domino expedire judicaverint, Regularem Parochum ab hujusmodi cura valent removere; ita ut neque Regularis Superior compelli possit hujusmodi remotionis causas Episcopo significare; neque Episcopus, ad similem remotionen procedens, Regulari Prælato notas facere teneatur causas, quibus ad id adductus fuerit.»

«§. 6. Quoniam verò fieri alicubi potest, maxime autem in novis Populorum ad Fidem reductionibus, ut Regulares Parochos mutare, etiam cum Sæculares Sacerdotes non desint, minime expediat; Idcirco Nos eorumdem Episcoporum, aliorumque ordinariorum Præsulum, prudentiam admonemus, ut in hujusmodi circunstantiis, et ubicumque res optime constitutas invenerint, nec illam eas immutandi necessitatem revera adesse compererint, ab innovationibus abstineant; et tam hoc jure, quod ipsis competere asseruimus, quam ea facultate, quam Nos eisdem per has nostras Litteras impertiti sumus, ita utantur, quemadmodum æquitatis ratio, et animarum utilitas, ad quam unice respicere debemus requirent, ac suadebunt, super quo Nos eorumdem Episcoporum Præsulum conscientiam oneramos.»

«§. 7. Denique ne quis unquam, aut ullibi, cujuslibet ordinis, aut Instituti Regularis, ad animarum curam exercendam, sine prævio examine et approbatione Episcopi, seu ordinarii Localis, assumi possit, eorumdem præsentium serie statuimus, atque decernimus;

prout alias statutum, decretumque per Nos fuit, tam in præcitatis nostris Litteris, quam in aliis quinto Kalendas Martii Anni ab Incarnatione Domini MDCCXLV. editis, et in Bullarii Nostri *Tomo II. num. 1.* impressis quarum initium est: «*Quamvis ad confirmandum;*» quæque et iisdem Sacrorum canonum, ac Tridentinæ Synodi, necnon Provincialium et Synodalium conciliorum in ipsismet Indiarum Regionibus habitorum sanctionibus innixæ sunt, et tam ad Occidentales, quam ad Orientales Indias se protendunt, ac utrobique inviolabilis legis vim obtinere debent.»

15. Bulla *Cum alias,* ejusdem R. Pontificis, Junii 1753, cujus titulus est: «De Beneficiis Et officiis Curatis per Indiarum Occidentalium Regiones, Secularibus etiam clericis, sublato asserto Regularium privativo jure, conferendis: Apostolicæ Litteræ jam aditæ *(quas vide Tom. III. num. 51.)* confirmantur, et declarantur.—In introductione loquitur de clero sæculari indigena: «Cum alias nempe de Anno millesimo septingentesimo quinquagesimo primo ex parte Charissimi in Christo Filii Nostri Ferdinandi VI Hispaniarum Regis Catholici Nobis representatum fuisset, non eas adhuc in Indiarum Occidentalium Regnis, atque Provinciis ipsius Dominio subjectus rerum circunstancias subsistere, ob quas olim Sanctæ memoriæ Pius V. ad instantiam tunc existentis Catholici Hispaniarum Regis, aliique deinceps Romani Pontifices Predecessores Nostri statuerunt, earum Regionum Parochias, Doctrinas, aliaque munia et officia ad animarum curam pertinentia, per Regulares Personas obtineri et administrari debere, quin immo sæcularem Clerum illarum Partium à multo jam tempore adeo et numero excrevisse, et moribus, atque doctrina conspicuum, proindeque ad obtinenda et gerenda ejusmodi munia idoneum se præbere, ut nihil jam obstare videretur, quo minus earumdem Parochiarum, Doctrinarum, aliorumque officiorum provisio, et dispositio, ad eam, quæ generaliter per Orbem vigere dignoscitur, Ecclesiasticæ disciplinæ formam, prout non solum ipse

Ferdinandus Rex, sed etiam Archiepiscopi, et Episcopi, per easdem Indiarum Regiones constituti magnopere obtabant, revocari posset; Nos omnibus mature perpensis, quum Regiam hanc petitionem non modo generalibus Ecclesiæ Institutis, verum etiam prædicti Sancti Pii, aliorumque Pontificum Prædecessorum Nostrorum menti ac sæpe declarato Sedis Apostolicæ sensui, conformem agnoverimus, per Nostras sub Plumbo editas Litteras, quarum initium est=*Cum nuper*=datas apud Sancta Mariam Mayorem Anno Incarnationis Dominicæ MDCCLI sexto Idus Novembris; Pontificatus Nostri Anno XII decrevimus, atque permissimus, ut non obstantibus dicti Sancti Pii V. predecessoris Litteris, aliisque in earum confirmationem ab Apostolica Sede emanatis (quibus etiam, quatenus opus esset, expresse derogavimus) Sæculares etiam Clerici, seu Presbyteri quicumque, quos scilicet prædicti Archiepiscopi et Episcopi, aliique locorum Ordinarii in Indiis Occidentalibus constituti, prævio examine, juxta ea, quæ in concilio Tridentino statuta sunt idoneos et habiles reperissent, ad Parochias, Doctrinas, et alia qnæcumque munia, et officia ad animarum curam pertinentia, in posterum admitti et assumi, eisque etiam Parochiales Ecclesiæ hujusmodi, aliaque Ecclesiastica perpetua Beneficia, quibus Animarum cura imminet *in titulum conferri possent* et valerent; prout in dictis Litteris Nostris latius continetur.»—In paragr. 1. et 2. loquitur de Patronatu, de clero seculari, et de Parochis regularibus. «§. I. Cum autem nuper idem Ferdinandus Rex Nobis exponi fecerit, quod ipse, qui ex juribus suæ Regiæ Coronæ, Jus Patronatus, ac nominandi et præsentandi ad omnia dictarum Regionum Beneficia Ecclesiastica et Officia Curata hujusmodi ex fundatione, seu dotatione, aut Privilegiis Apostolicis actu vigentibus, aliisque legitimis titulis, competit, in dies magis magisque agnocens ad rectum disciplinæ Ordinem et ad promovenda in Clero Sæculari dictarum Partium Sacrarum Doctrinarum studia, aliosque communis utilitatis effectus magnopere proficium fore, si Sæculares hujusmodi clerici,

seu Presbyteri ad omnia vel pleraque Beneficia et Officia prædicta, per ipsum, ejusque successores Catholicos Reges, nominentur et præsententur, decreverit et constituerit, prædictis S. Pii V. aliorumque Romanorum Pontificum Indultis et facultatibus in favorem Regularium, vel nullo modo, vel saltem parcissime, et in locis et casibus dumtaxat, in quibus forsan sæcularium Clericorum defectus reipsa subsistere dignoscatur, in posterum uti; ideoque easdem priores litteras Nostras, novo ac perpetuo confirmationis Nostræ munimine roboratas, uberius per Nos declarari, et, ut infra, super his provideri desideret; Nos ejusdem Ferdinandi Regis supplicationibus inclinati, præsentium tenore, et auctoritate simili, primodictas Nostras Apostolicas Litteras, cum omnibus et singulis decretis et declarationibus in ipsis contentis, et expressis, perpetuo confirmamus, ac iterato Apostolicæ auctoritatis Nostræ robore communimus; decernentes, *nullum in posterum jus*, nullamque actionem aut exceptionem, in vim prædictarum Litterarum Sti. Pii Papæ V. aliarumque, ut supra, ab aliis Romanis Pontificibus editarum, prædictis Regularibus competere, ut sive in petitorio judicio, sive in possessorio, privativam facultatem obtinendi, et administrandi Parochias, et Doctrinas hujusmodi, aliaque Officia Animarum Curam concernentia, sibi, suisque Ordinibus asserere, aut se in illarumque illorumque possesione confovere possint; sed tam eos, qui nunc Paroquias, Doctrinas, et officia præfata obtinent, quam quibus forsan in posterum ejusmodi Curata Beneficia, et Officia, servatis de jure servandis, committi, et demandari contigerit; tamquam ad nutum amovibiles, posse tum ab Episcopis, aliisque locorum Ordinariis, tum etiam à propriis regularibus Seperioribus, justis concurrentibus causis, (super quarum subsistentia illorum conscientiam oneramus, sed numquam illos ad eorum declarationem, aut verificationem compelli posse volumus et decernimus), ab eorumdem Parochiarum, doctrinarum, et officiorum regimine et exercitio removeri; eveniente autem remotione, liberum fore Catholicis Regibus alios

quoscumque idoneos Sæculares, aut Reguláres Clericos seu Presbyteros, juxta legitima eorum Regii Patronatus jura, ad hujusmodi curata Beneficia, et Officia nominare et præsentare, ac respective Episcopis, aliisque Locorum Ordinariis, hujusmodi Clericos, seu Presbyteros, prævio examine, aliisque servatis de jure servandis ad illa admittere et assumere, seu *quatenus Sæculares fuerint, ipsis etiam in Titulum* eadem conferre, et de iis providere.»

«§. 2. Volumus autem, ut omnes et singuli, cujuscumque ordinis congregationis, et Societatis, et Instituti, etiam expresse nominandi, Regulares, qui hujusmodi Parochiarum, Doctrinarum, et Officiorum regimine et exercitio retinebuntur, seu quos ad eadem, in posterum assumi, et admitti contigerit, (juxta ea, quæ tam in citatis Nostris Litteris incipientibus,=*Cum nuper*,=quam in allis Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo septingentesimo quadragesimo quarto, decimo Kal. Decembris editis, quarum initium est.=*Firmandis atque asserendis*,=à Nobis decreta et declarata fuerunt) noverint, se in iis quidem, quæ concernunt eorum Regularis Instituti observantiam, Episcopis, aliisque Locorum ordinariis nullatenus subjectos esse, sed à suis Superioribus Regularibus quoad hæc privative dependere. In his autem, quæ vel ad ipsum spectant exercitium curæ Animarum, vel etiam ad eorum vitam, et mores pertinent, Episcopis quoque, aliisque ordinariis Locorum Præsulibus subjectos esse; ideoque ab iisdem Episcopis, et Ordinariis, necnon Vicariis, et Visitatoribus ab iis deputatis, æque ac à suis Regularibus Superioribus in his omnibus judicari, et corrigi posse; et quidem ea lege, ut quatenus unius et atterius Superiorum hujusmodi judicia inter se conveniant, Episcopalis seu Ordinariæ Curæ Processus, atque Sententia, Regularis Prælati judicio et actis omnino prævalere debeant; ac reipsa præferantur, et executioni demandentur.»

16. Licet Bulla *Firmandis* expectet ad Parochias regularium totius Christiani Orbis, utpote firmans mo-

dernam disciplinam circa dictas Parochias ac earum rectores, et ad has insulas se extendat, pront in bullis supra citatis manifestius apparet; tamen prædictæ Bullæ nunquam fuerunt adimpletæ in Philippinis usque ad Archiepiscopatum Sta. Justa et Rufina, eo quod religiosi curam animarum exercebant vi privilegiorum Sancti Pii V. in præcitata Bulla «Exponi nobis »

Prima ratio. Evidenter constat ex verbis P. Corominas tom. 1, pág. 509, 510, 512, 515.

Secunda ratio. Evidenter constat ex «Historia de la Provincia del. Smo. Rosario de Filipinas,» lib. 10, period. 26, cap. 2, 4, 5, 6, 7, 8.

Tertia ratio. Evidenter constat ex eo, quod jurisdictio parœciarium regularium in Philippinis, usque ad Archiepiscopatum Sta. Justa et Rufina apud Superiores regulares solos erat, quod est omnino contrarium substantiæ et accidentibus Bullarum prædictarum.

Quarta ratio. Evidenter constat ex testimonio majoris exceptionis Archiepiscopi Manilensis Sta. Justa et Rufina, qui ad Regem Hispaniarum Carolum III scribens, hæc ajebat: «Finalmente, Señor, con remover á los Regulares de los Curatos que ocupan, se quita de enmedio la ocasión á muchos ruidos y escándalos, que es preciso sucedan *mientras no reconozcan* como Curas la jurisdicción episcopal, pues ni los ordinarios pueden en conciencia dejar de tocar este punto, ni el *Común de los regulares* se halla asistido de bastante docilidad para sujetarse á ellos, y no viendo decretada una providencia tan fuerte como se necesita para hacerles reconocer la potestad ordinaria, se consumirá todo el tiempo en controvertir estas materias, en fatigar con recursos á V. M. y vuestro supremo Consejo, y por último vendrán á quedarse las cosas en el mismo estado, *que es lo que ha sucedido hasta aquí.*»

«. . . . . . . Mas no obstante de que por las razones insinuadas es importantísimo al bien de estas Islas y Cristiandades el que saliendo los regulares de los Curatos entren Clérigos á servirlos, bien conoce el Arzobispo que será á aquellos de igual sentimiento

8

el que los remuevan como el que los obliguen á sujetarse á los Ordinarios. Pero de aquí se toma una razón fuertísima contra el designio de los mismos regulares, que han tomado á empeño el contrariarlo todo porque no se malogren sus fines particulares. Si los Ordinarios intentan practicar la Visita de Regulares, inmediatamente se oponen éstos, claman y dicen que es inconveniente la Visita. . . . .

»Este Prelado no perderá momento en cumplimiento de su obligación de llevar adelante *lo comenzado*, tanto en defensa de su jurisdicción, como en órden al Seminario Eclesiástico.» Manila 1.° de Octubre de 1768.— Memorial al Rey nuestro Señor D. Cárlos III.

Nemo scandalicetur prædictis Archiepiscopi verbis. Sciebant optime Regulares quod post visitationem diœcesanam ventura erat Collatio Canonica, et cum ea novum et completum Jus Patronatus. Historia testatur quod si Deus abscondit hæc à sapientibus et prudentibus, revelavit ea parvulis. V. Historia de la Provincia del Smo. Rosario, loc. citat. cap. 3.

17. Jam vero ordines regulares nequibant visitationem diœcesanam admittere, eo quod, non obstantibus Bullis prædictis, vigebant privilegia regularium à Sto. Pio V. concessa, et minime per prædictas Bullas Bened. XIV. revocata, ubi Clerici sæculares et idonei non abundarent, ut colligitur ex §. 1.° Bullæ «Cum nuper», quod certe locum habebat in his insulis, ut ex verbis dicti Archiepiscopi constat. Potiori ratione non poterant admittere Canonicam institutionem et Collationem parochiarum, utpote contrariam generali disciplinæ, et adversum totam seriem Bullarum quas invocabat. Egit ergo contra jura regularium prædictus Præsul, subjiciendo regulares visitationi diœcesanæ; et egit contra statuta Bullarum prædictarum, eis imponendo Canonicam collationem. Qua non obstante, Parochi regulares, jam inde, ad nutum Prælatorum regularium semper amoventur.

18. Cum ergo in quibusdam locis in casum iverint privilegia Sti. Pii V., necesse est in jus commune

recidere, in iis locis ubi amplius non vigent, parochias regularium, sive titulares, sive manuales, ut ex Const. «Romanos Pontifices» Leonis PP. XIII. abunde constat, et firmat consuetudo; et sic subdi visitationi diœcesanæ ad tenorem Bullæ «Firmandis.» In locis vero ubi prædicta privilegia vigent, et praxi firmata sunt, regulares visitationi diœcesanæ non subduntur, nec eorum ecclesiæ, ipsis Bullis Bened. XIV. consentientibus, nec obstante Constitutione laudata «Romanos Pontifices.»

Nec obstat quod tum in Bulla «Cum alias», tum in Constitutione «Romanos Pontifices» §. «Peractam missionis,» tollatur jus regularium ad parochias quibus præsunt; nam in Bulla «Cum alias» agitur de jure patronatus, et ex regalibus schedis, à P. Corominas adductis loco supra citato, reges castellæ ipsas adjudicarunt præfatis Religiosis in titulum et ad perpetuitatem; ad nutum tamen suorum superiorum regularium amovendis, ut ratio status religiosi dictat, et ex sequentibus amplius patebit. In Constitutione vero «Romanos Pontifices» agitur de jure communi religiosorum, quod in iis locis minime locum habet, eo quod soli religiosi cum totali exclusione clericorum sæcularium hanc gentem ad fidem perduxerint, ad civilem societatem traxerint, in eis usque ad præsens conservaverint, suis laboribus auxerint, et alia multa beneficia ipsis impenderint; quod quidem Angliæ, nec alibi, hocce factum locum habuit. Castellæ reges et Hispanicum Gubernium, hoc probe noscendo, ipsis religiosis ordinibus et religiosis viris curam animarum hic exercentibus, non modo curam spiritualem indorum ipsos habere voluerunt, et clericis sæcularibus hoc in munere præferri, sed et interventionem non modicam in temporalibus ipsis contulerunt; etenim noverunt catholicam religionem in iis plagis aliter conservari non posse. His rationibus bene conjicitur aliquod jus competere, saltem de congruo, religiosis familiis, non vero personis particularibus, super omnes parochias, missiones et reductiones indorum in Philippinis, ut eas immoniliter

possideant, et per vicarios perpetuos administrent, ad nutum superiorum regularium amovibiles; non vero ad nutum episcoporum, nisi prout in jure cautum est, supposita institutione canonica: namque tale jus inamovilitatis respectu Ordinariorum, non solum non repugnat instituto religiosorum, verum etiam congruit vel jure patronatus ex gratia Regum catolicorum à S. Sede concesso, vel certe ex collatione canonica, et institutione ab ipsis Episcopis statuta, à Regibus Castellæ præscripta, ab Hispanico Gubernio sancita, à Sta. Sede tolerata, et consuetudine inmemoriali firmata. Et Jurisperiti sciunt quod lex ab initio non recepta, si legislator non insistit, desinit esse lex (V. Suarez, de Leg. lib. 4. cap. 16. n. 12, et Bened. XIV. de Syn. lib. 13. c. 5); quod semel atque iterum firmandum est, ut amplius ab imperitis prædictæ Bullæ non evocentur (1).

19. Clavis quæstionis stat in institutione canonica collativa, regularibus imposita, absque licentia Romani Pontificis, à Santa Justa et Rufina cæterisque harum Insularum Episcopis, protestata apud Sanctam Sedem per Provinciales ordinum regularium in Philippinis; quæ tamen, propter silentium Sanctæ Sedis, resultavit consuetudo contra legem, cum omnibus requisitis ut sit, sicut est, vera lex.

20. Audiatur seqüens declaratio. «Cum inter controversias quæ inter Joannem Palafox, ep. Angelopolitanum et clericos regulares Soc. Jesu agebantur, hæc quoque

(1) «Animadvertimus legem, quæ initio non recipitur, sine ullo temporis spatio abrogari. quando scilicet legislator novit legem ipsam non servari; tunc etenim post paucos contra legem actus, quibus, cum facile potuisset, minime obstitit, censetur legem ipsam, quia communitati displicebat, revocasse, præsertim quod præsumitur nolle legislatorem cum maximo animarum dispendio, suæ legis vinculo diu irretitam tenere communitatem, quæ nunquam passa est se ea constringi, ut bene ratiocinatur Suarez de Leg. lib. 4, c. 16 núm. 12, et Benedictus XIV de Syn. lib. 13, cap. 5.» Vechiotti. Inst canon. lib. 1. c. 2. paragr. 28.

quæstio mota esset: An si contingat ut aliquis prædictorum regularium insurgat contra episcopum in propria diœcesi, maledictis cum scripto vel dicto populum scandalizando, possit ab Episcopo puniri, et qua animadversione; et quid, si hujusmodi delinqüens transiverit ad aliam diœcesim, hoc casu servandum sit; et qua pœna puniendus sit regularis, qui commorans in una diœcesi, spargat famosos libellos contra ordinarium alterius diœcesis?—S. Congreg., ad id deputata, resp. Si regularis, intra claustra degens, extra ea in casibus in dubio expressis ita notorie delinquerit, ut populo scandalo sit, episcopo instante, teneri superiorem regularem intra tempus ab episcopo instante præfigendum, revera, illum punire, ac de punitione episcopum certiorem facere; allioquin sic delinqüentem ab episcopo puniri posse, ad præscriptum concil. Trid. cap. 14. ses. 25 de regul. Quod si delinqüens ad aliam diœcesim migraverit, servandum esse quod præcipitur in Constit. Clementis VIII. *Suscepti muneris ratio*, confirm. ab Innocentio X. 14. Maii 1655. Bull. Rom. tom. 6, p. 3, p. 247. «Canones et decreta Concil. Trid.», ed. Neapolit. 1859, pág. 416.

21. Audiatur hæc alia. «Beatissime Pater.—Pater Provincialis, ordinis Prædicatorum in Insulis Philippinis, humiliter provolutus ad pedes Sanctitatis Tuæ, enixe deprecatur: 1.° Ut sanctitas Tua declarare dignetur, Parochos Regulares in dictis Insulis, etiam cum collatione canonica, subjectos esse jurisdictioni suorum Prælatorum Regularium, eisque debere in omnibus obedire, nisi in iis, in quibus, ratione curæ animarum, subjiciuntur Prælatis Diœcesanis.—2.—Et quia nonnulli prædictorum Parochorum sustinent, se posse libere disponere absque licentia suorum Prælatorum Regularium de iis, quæ, vi et intuitu beneficii, obtinent, Sanctitas tua declarare dignetur, prædictos Parochos, vi votorum obedientiæ et paupertatis, de nulla re disponere posse, neque etiam de iis, quæ via stipendii aut emolumentorum Parochialium acquisiverunt, nisi juxta leges proprii Instituti, et dispositiones Prælatorum Regu-

larium, iis solummodo exceptis, quæ ex justitia et charitate debentur fidelibus suæ Parochiæ adscriptis.—Quod Deus etc.—*Ex Audientia Sanctissimi. Die 18 Junii 1872.*—Smus. Dominus Noster Pius, divina Providentia PP. IX, referente me infrascripto Sac. Congregationis Negotiis Ecclesiasticis extraordinariis præpositæ Pro-Secretario, propositis dubiis rescribendum mandavit.—Ad 1.^{m} Parochos Regulares, curam animarum exercentes, in iis, quæ ad dictam curam et Sacramentorum administrationem pertinent, ex Tridentini Decreto Ses. 25, cap. 11. de Regularibus, et ex Constitutione Inscrutabili Gregorii XV. §. 2.°, subesse jurisdictioni, visitationi et correctioni Episcopi loci: *in reliquis* vero subjectos esse Superiorum Regularium jurisdictioni, secundum proprii ordinis Regulas et constitutiones.—Ad 2.^{m} Parochos regulares tribus substantialibus votis, sicut cæteros Regulares, manere obstrictos, eaque servare debere juxta proprii Instituti regulas et ordinis Constitutiones, quatenus officii Parochialis et vitæ regularis ratio patitur, ubi extra cænobia ad animarum curam exercendam degunt.—Datum Romæ è Secretaria ejusdem Sac. Congr. die, mense, et anno prædictis.—Marianus Archiepiscopus Palmirensis, Pro-Secretarius.»

COROLLARIA.

1. Ergo Parochi regulares in Philippinis, collatione canonica instituti, sunt beneficiati, cum jurisdictione ordinaria.
2. Sed considerantur viventes intra claustra.
3. Ergo in Parochialibus subduntur episcopis, æquo jure ac suis superioribus regularibus.
4. Idem dicendum in quibuslibet funcitionibus ecclesiasticis, eas extra monasterium exercentibus, ut præcipit disciplina generalis omnibus regularibus, etiam intra claustra viventibus.
5. Sed in quibuslibet aliis actibus, non parochialibus, nec ecclesiasticis, sed personalibus seu civilibus, subduntur superiori regulari, ut præcipit Disciplina generalis viventibus intra claustra; cum limitationibus à jure institutis, eis, qui extra monasterium deliquerunt, et à Superiori regulari non puniuntur.
6. Idem dicendum in monasticis, maxime in his quæ votum obedientiæ et paupertatis attingunt.

Modi procedendi contra clericos usurarios, concubinarios, vel non residentes, et pœnæ in hæc delicta inveniuntur in cap. 15, tit. 20, lib. 5. Decretal.; ses. 21, cap. 6.°; Ses. 23, cap. 1; Ses. 24 cap. 8.° et 10.° De Ref. Matrim.; ses. 25 cap. 14 de Ref.; Instructione data die 11 Junii 1880; Procedimientos Eclesiásticos por Cadena, tom. 2.°, páginas 504 h. 510, 525 h. 537; et Append. núm. 26 et 27, nostrarum Annotationum.

Contra sollicitantes in confessione dantur Bulla Ben. XIV. «Sacramentum Pœnitentiæ;» Const. Gregorii XV, quæ incipit «Universi;» Const. «Apost. Sedis» Pii IX; S. C. Inq. 20 Februarii 1867; Procedimientos Eclesiásticos por Cadena, tom. 2.°, pág.s 510 h. 514;

Acta S. Sedis, Fasciculus VIII, pro mense Martio 1893, volumen 25.

Circa vero remotionem parochorum qui sunt vicarii, et eorum qui beneficio insigniti sunt, præter doctrinam generalem ab auctoribus traditam, et facta proportione inter residentiam et alia parochorum officia, hæc ex Vecchiotti, Instit. Canonic. lib. 2. cap. 8, paragr. 87 et 85 desumimus: «Vicarii autem perpetui officio suo privari non posunt, nisi legitima causa, et probata, et consulto Episcopo: cap. 31. De Præbend. Sed vicarii temporarii, seu ad nutum amovibiles, sine causa removeri possunt, dummodo dolus et omnis odii causa abfuerit, et notabile exinde, ob speciales circunstantias, damnum ipsis haud sequatur, ut Rota Romana ait in Hispalen. 23 Junii 1642 coram Pentingero Decision. tit. 1, p. 9; quin imo vicarii temporanei à capitulis ac monasteriis nominati, tum ab Episcopo, tum à Superiore regulari, non requisito alterius consensu, animarum cura privari possunt, nec unus alteri tenetur causas iudicii sui aperire; quod à S. C. C. decretum est, et confirmatum à Benedicto XIV. in sua Bulla «*Firmandis*», dummodo remotio fiat absque dolo, et non ex odio.

«Liberum vero erit Episcopo contra parochum non residentem sive per fructuum subtractionem, servatis intervallis, seu lapsis sex mensibus, sive per censuras, sive per beneficii privationem procedere; namque S. C. C., ut refert Fagnanus in cap. An Tua De cler. non resid., ad dubium: «An sit arbitrio Episcopi, qua via et quo remedio uti voluerit contra non residentes, nempe vel seqüestratione, vel subtractione fructuum vel privatione?» respondit: «ita esse.»

De hac re audiatur Pierantonelli, qui in sua *Praxis fori ecclesiastici*, postquam determinavit causas quæ sufficiunt ad remotionem vel traslationem parochorum titularium, hæc habet: «Cum ex inquisitione pro notitia curiæ contra possessorem Parochiæ non erectæ in titulum, vel suppresæ de facto, resultaverit aliquam ex prædictis causis omnes secum ferre conditiones,

quas diximus necessarias et suficientes esse ad agendum de privatione vel translatione Parœciae, tum Ordinarius, instante Procuratore fiscali, aut interesse habentibus seu Parochianis, manus admovet judicio privationis vel translationis. Quem in finem certum quidem est non requiri solemnem processum, qualis necessarius est, quatenus possibilis sit, dum agitur de Parochiis erectis in titulum; at certum pariter est requiri *judicium* saltem summarium. Hoc oppido erumpit ex jure divino, sive positivo sive naturali, et ex jure humano, sive ecclesiastico sive civili, nec non ex unanimi Doctorum sententia, cum nihil magis tritum sit, quam ut nemo damnetur, nisi *discussus*, nemo privetur jure suo *inauditus*. Quo vero ad modum conficiendi hujusmodi judicialem processum, non semper eadem fuit, nec modo eadem ubique est Ecclesiæ disciplina. Porro antiquis temporibus causa examinanda erat à tribus Episcopis collegialiter, seu ut ajebant, in *concilium* coadunatis. *Canon.* 1, Caus. 15, quæst. 7.

«Præsenti Ecclesiæ disciplina et conditione inspecta, hujusmodi judiciis aptari posse videntur tramites, quos S. C. E. E. et R. R. auctorante Summo Pontifice.... præstituit, sub die 11 Junii 1880, alias cit. Instruct. ad curias Ecclesiasticas, data pro judiciis œcconomicis in causis disciplinaribus et criminalibus clericorum.» Tit. 4.° n.° 21.

Denique: licet Regularibus in his Insulis etiam conferatur beneficium parochiale in titulum, tamen ex Reg. Sched. 29 Septemb. 1807, «cuando sea nombrado en capítulo ó fuera de él algún doctrinero para empleo de la órden, deba admitirle sin escusa y dejar el curato.... pasándose á proveer en otros del mismo instituto á que corresponda.»

NÚM. 9.

TRES ACTIONES SEU PARTES ESSENTIALES JUDICII.—LIBELLUS.—CITATIO.

Cum sint tres personæ essentiales in judicio, ut ex ejus definitione constat, actor, reus et judex, et cuilibet personæ propria actio correspondeat, sequitur etiam esse tres actiones seu partes essentiales judicii: actori respondet libellus, reo litis contestatio, judici denique sententia.

Libellus est: actoris petitio, qua quid, quo jure, et contra quem petat, judici exponit. Vitandum quod sit illegalis, vel ineptus, vel obscurus: in primo casu esset nullus, in aliis daretur contra eum exceptio dilatoria.

Post libellum, cum omnibus requisitis à lege redactum, venit citatio, quæ est: judicis actus, per quem reus in judicium vocatur. Citatio est consequentia naturalis libelli bene redacti, ita ut, ea omissa, nulla detur sententia: est enim contra legem naturalem damnare vel absolvere aliquem, qui auditus non sit. Circa personam judicis citantis prætiosa sunt verba Auctoris, expressa lib. 3., tit. 5., paragr. 15: «Quoniam delegatus judex alienam jurisdictionem exercet, citationis decreto inserendum est exemplum litterarum, quibus ei causa commissa est (1); nam secus ejus jurisdictio reo comperta et explorata esse non potest. Si manifestum sit, judicem non esse competentem, reus ad eum ire non cogitur; si id manifesto non constet, reus omnino cogitur sistere se judici, cujus est æstimare, num sua sit jurisdictio (2).» In citatione exprimendum est no-

---

(1) *Cap. 2. de Dilat.* Quod forte primum jure canonico expresse constitutum videtur, sed tamen alienum non est à juris Romani sententia. *L. unic. cod. de Mandat. Prin: L. 5 cod. de Jur. fisc. lib. 10.*

(2) *L. 2 ff. Si quis in jus vocat. non ierit.; L. 5 ff. de Judic.*

men actoris, nisi agatur de causa publica, in qua judex ex officio procedit. Circa dies in quibus vocari potest reus, merito scribit Vecchiotti, Inst. Canon., 2., lib. 4, c. 3, paragr. 31: «At vero cum feriati dies vel in humanum commodum, quales sunt feriæ messium et vindimiarum, vel Religionis causa, instituti fuerint, quales sunt dies festi: quamquam in feriis humanis actus judiciales rite expediantur consensu partium, quoniam favori pro se introducto quilibet renuntiare potest, attamen in feriis religionis, ne ipsis quidem litigantibus consentientibus, judicia exerceri queunt, et si quid actum fuerit, nullius momenti est, dum hæ feriæ non ad humanam utilitatem, sed ad divinum cultum ordinentur.»

Ley de Enjuiciamiento Civil:

Comparecencia en juicio. Art. 1, h. 13.
Pobres para litigar. Art. 13 h. 25.
Demanda. Art. 464 h. 515.
Acumulaciones. Art. 157 h. 172.
Caducidad de las Instancias. Art. 394 h. 404.
Citaciones. Art. 254 h. 264.
Embargos preventivos. Art. 1379 h. 1401.
Términos judiciales, apremios, rebeldías. Art. 285 h. 297.

NÚM. 10.

EXCEPTIONES.—REPLICATIONES.—DUPLICATIONES.—TRIPLICATIONES.

«La recusación por derecho canónico tiene lugar contra el juez competente, y es preciso que se interponga por escrito ante el mismo juez recusado, el cual obligará á las partes á que nombren árbitros que decidan, si el juez debe inhibirse ó no, para lo cual se vé, si hay pruebas de parcialidad; pero debe advertirse que no se puede recusar al juez en las causas criminales si el delito es enorme y manifiesto.»

«Las formalidades prescritas para el árbitro ó árbitros *necesarios*, que sustituyen al juez recusado, no son las mismas que para los árbitros *voluntarios*. Unas y otras se hallan consignadas en el título XLIII del lib. I. de las *Decretales, de arbitris*, y el no haberlas distinguido bien los prácticos ha producido alguna confusión en esta parte.»

«Las reglas principales acerca de los árbitros necesarios, en casos de recusación, son las siguientes:

a). El demandado que recusa al juez sospechoso, y puede serlo el Obispo mismo, manifestará ante este las causas en que la funda (1).»

b). El demandante y demandado eligirán árbitros de común acuerdo: éstos no serán pares (2).

c). En el caso de recusación del juez, eligen árbitros el recusante y el recusado.»

---

(1) Cap. LXI, tit. XXVIII del lib. 2.° de las *Decretales*, que trata este asunto, y ademas el cap. IV, tit. II, lib. 2.° de las *Decretales*.

(2) Cap. I, tit. XLIII, lib. 1.° de las *Decretales: aut unus eligatur, aut tres*.

«*d).* El Obispo recusado puede delegar en otro juez en lugar de nombrar árbitro.»

«*e).* El juez recusado puede exigir que se prueben las causas de recusación dando para ello un plazo prudente. Si no justifica el recusante las causas, el recusado reasume su jurisdicción; pero el recusante puede apelar. (1).»

f). «Los árbitros nombrados uno por cada parte no deben nombrar el tercero en discordia. Este debe ser nombrado por el demandante y demandado, ó en su caso por el recusante y el juez recusado.

«*g).* El árbitro ó árbitros nombrados no pueden admitir reconvención (2).»

«*h).* El juez recusado señala plazo prudente á los árbitros para fallar: si no terminan en ese tiempo, puede prorrogar el plazo; ó bien nombrar un delegado si puede hacerlo, ó remitir los autos al superior.

«*i).* Si la causa es criminal y los árbitros disienten, se está al fallo del que condena menos, de modo que si uno condena en 15, otro en 10 y el otro en 5, se tiene por mejor fallo el mas favorable, ó sea el de aquél que condenó en cinco.»

«*j).* Del fallo de los árbitros necesarios, que no es *laudo* como el de los voluntarios, se apela al superior inmediato, y al Papa en algunos casos (3).»

«Las palabras *inhibitorias* y *declinatorias* son poco usadas en derecho canónico, pero nó desconocidas, pues las palabras *inhibere* y *declinare* son frecuentes en las *Decretales*. La declinatoria se interpone ante el juez tenido por incompetente para que se abstenga de conocer en el negocio intentado ante él; y la inhibitoria ante el juez que se considere competente para que ofi-

---

(1) Notése que la recusación del Obispo no implica la del provisor. Cap. LXI, tit. XXVIII, lib. 2.° de las *Decretales*.

(2) Cap. VI del tit. XLIII, lib. de *Arbitris*. Es muy notable y sobre todo por citar la *reconvención*.

(3) Cap. XI, tit. XIV, lib. 1.° del sexto de *Decretales*. Los casos que resuelve allí la *Decretal*. son especiales y complicados.

cie al que estime no serlo, á fin de que se inhiba y remita los autos.» Salazar, Lecc. 39, Discipl.

Ley de Enjuiciamiento Civil:

Art. 172 h. 232; 515 h. 583.

NÚM. 11.

ORDO IN JUDICIO.—LITIS CONTESTATIO.—JURAMENTUM.—DIVISIO.—NECESSITAS.

Præter ea quæ à Legibus expresse sancita sunt, ordo in judiciis in hac maxima continetur: quod judex nunquam procedat non servato ordine proprio et philosophico idearum et rerum, et quin præcedentia, in quantum possibilitas admittat, clare elucescant. Unde si eodem judicio plures causæ concurrunt, altera ab altera pendens, primum cognoscenda est causa, à qua altera pendet; si vero utraque est principalis, prius proposita, prius tractanda; criminalis ante civilem, si altera alteram non attingat; exceptiones à reo propositæ, ante causam principalem, quia exceptio peremptoria dirimit, dilatoria retardat jus agendi; incidens quæstio, ante emergentem, quia effatum est: «Incidens quæstio perimit, emergens differt;» denique præparatoria, quæ viam parat ad controversiam dirimendam, ante alias questiones tractanda est.

Incidens quæstio ante judicium ortum habet; emergens post judicium inchoatum nascitur.

Ley de Enjuiciamiento Civil:

Art. 724 h. 745.

Litis contestatio est: responsio rei actioni actoris. In ipsa incipit vere lex judicialis, quia initium et fundamentum judicii est: etenim ante contestationem negotium quod agitur, non lis vel judicium, sed controversia dicitur. Generaliter loquendo, ante litis contestationem nec auditur testis, nec admittitur probatio, et multominus datur sententia. Et dicimus *generaliter loquendo*, quia si natura causæ aliud exigat, aliud fieri debet: verbi gratia in causis matrimonialibus, in causis de valore electionis, in quibus ob periculum for-

nicationis, et ob detrimentum Ecclesiæ ex longiori viduitate, examini testium locus erit; idemque dicendum, cum adest periculum amittendæ probationis.

Juramentum est: Dei nominis invocatio in confirmationem alicujus facti.—Quoad rem nostram pertinet, dividitur in voluntarium et judiciale. Voluntarium dicitur, quod uni ex litigantibus proponitur ab altero collitigante extra judicialiter, ad hoc quod lis, si legi non contradicitur, mutuo consensu finiatur. Judiciale vero est, quod petitur intra judicium per judicem vel unum ex litigantibus.—Juramentum judiciale dividitur in juramentum justitiæ vel calumniæ, in juramentum malitiæ, et juramentum suppletorium vel litis decissorium. Primum sequitur immediate litis contestationem; repeti nequit, quia refertur ad omnia ea quæ ad judicium directe pertinent; et antiquitus efformabat partem necessariam judicii, ita ut absque tali juramento nequibat judicium verificari; sed à sæculo proxime elapso, dictante Benedicto Papa XIII, non exigitur reo nec in causis criminalibus neque in civilibus magni momenti. Juramentum malitiæ, sic nominatum à Bonifacio VIII, est quod præstatur toties quoties exigit necessitas, durante eodem judicio. Denique juramentum suppletorium, seu litis decissorium, est sexta judicialis probatio, de qua postea sermo erit: dicitur supletorium, quia probationum deficientiam supplet; litisque decissorium, quia litis finis est, præceditque immediate sententiam.

Juramentum calumniæ locum habet quando ădest suspicio malitiæ. Si non petitur, omitti potest; si vero petitum subire nolint litigantes, reus pro confesso habetur, actor causa cadit. Quod autem juramentum calumniæ sit maximæ utilitatis, patet; per illud enim litigantium fides ita adstringitur, ut divinæ ultionis metu, ab injusta vexatione deterreantur.

SENTENCIA EJECUTORIA

DEL TRIBUNAL SUPREMO DE JUSTICIA DECLARANDO OBLIGATORIO PRESTAR JURAMENTO EN LOS JUICIOS.

Considerando: Que existe la desobediencia á la autoridad que pena el art. 265 del Código, siempre que requerida una persona al cumplimiento de una órden ó precepto legales por quien se encuentra revestido de dicho carácter de autoridad y obra en ejercicio propio de sus funciones, se niega á ello, si por las circunstancias de la negativa ó trascendencia del incumplimiento mereciese el acto la calificación de grave:

Considerando: Que el precepto claro y terminante del art. 434 de la vigente ley de Enjuiciamiento criminal es ineludible para todos los testigos, cualquiera que sea la religión que profesen, con arreglo á lo que deben prestar el juramento en nombre de Dios, y que al negarse Pascual Martín Gordillo, á pesar de los insistentes y repetidos requerimientos que al efecto le hizo el Juez instructor de Ecija, para que pudiese declarar en una causa sobre rapto, realizó evidentemente un acto que reune todos los elementos del delito de desobediencia, tanto más marcada, cuanto que, según tiene declarado este Tribunal en sentencia de 17 de Abril de 1890, semejante resistencia implica una negativa á declarar, cualesquiera que sean las protestas que se hagan, puesto que el legislador ha estimado procedente que á toda declaración testifical preceda, como condición esencial, la del juramento:

Considerando: Que cuando un acto reune todos los elementos del delito que define el art. 265, es forzoso aplicar al culpable la sanción penal de dicho artículo, á no ser que el legislador aprecie excepcionalmente los casos de desobediencia, bien para corregirlos gubernativamente, bien para exigir la concurrencia de determinados elementos, bien para castigarlos de una ma-

nera especial ó para hacer preceder al castigo del delito de una conminación disciplinaria, cual acontece en los casos de los artículos 420 y 716 de la ley de Enjuiciamiento criminal, y con el 59 de la ley del Jurado, y con otros muchos que pudieran citarse del mismo Código penal y de leyes especiales; y que la desobediencia realizada por Pascual Martín Gordillo no está exceptuada en sentido alguno de la aplicación estricta del precepto genérico del expresado art. 275:

Considerando: Que si bien la Constitución del Estado establece en su art. 11 que nadie será molestado en el territorio español por sus opiniones religiosas, ni por el ejercicio de su respectivo culto, esto no significa que el ciudadano español pueda eludir el cumplimiento de una ley cualquiera, con la razón ó pretexto de que pugna con sus opiniones religiosas, pues si éstas en el órden especulativo no tienen fuerza legal alguna para anular el derecho positivo, mucho menos pueden en el órden práctico rebasar los límites trazados por este mismo derecho, siendo en todo caso de la exclusiva competencia del legislador resolver cualquiera oposición ó contradicción atendible que resulte entre respetables oposiciones ó sentimientos y el derecho escrito, como es la de los Tribunales de Justicia aplicar estrictamente las leyes:

Conciderando: Que una prueba de la importancia especial atribuida por el legislador al juramento, y de que no ha encontrado hasta ahora atendible semejante supuesta oposición, ni creido que el precepto legal desobedecido por el recurrente se halle en contradicción con la Constitución del Estado, existe en la vigente ley del Jurado, detalladamente discutida en ambos cuerpos Colegisladores, cuyo artículo 59, antes citado, manda proceder criminalmente como autor del delito de desobediencia contra el jurado que se niegue á prestar juramento que, invocando á Dios, se recibe á todos, si bien después de conminado con una multa, conminación prévia que no se halla establecida para los testigos que se niegan á jurar:

Considerando: Que, esto supuesto, la Audiencia de Osuna no ha incurrido en error alguno de derecho al penar á Pascual Martín Gordillo, no por las opiniones religiosas de que hizo ostentación, sino por haber desobedecido á la autoridad que lo requirió insistente para que cumpliera un precepto legal de ineludible observancia:

«*Fallamos:* Que debemos declarar y declaramos no haber lugar al recurso de casación interpuesto contra la sentencia pronunciada por la Audiencia de lo criminal de Osuna á nombre del Pascual Martín Gordillo, á quien condenamos en las costas y al pago de 125 pesetas por razón de depósito cuando mejore de fortuna. Comuníquese esta resolución al Tribunal sentenciador, á los efectos oportunos. Así, por esta nuestra sentencia, que se publicará en la *Gaceta de Madrid* é insertará en la *Colección Legislativa*, sacándose al efecto las copias necesarias, lo pronunciamos, mandamos y firmamos.—Emilio Bravo.—Mateo de Alcocer.—José de Aldecoa.—Rafael Alvarez.—Miguel de Castells.—Diego Montero de Espinosa.—Enrique Lassus.

NÚM. 12.

PROBATIO.—NECESSITAS.—DIVISIO.—¿CUINAM COMPETIT?—SEX PROBATIONES.—PROBATIONES IN TRIBUNALI LAICO ADDUCTÆ ¿SERVIUNTNE IN TRIBUNALI ECCLESIASTICO?

Quoniam judicium semel inceptum sententia est terminandum, nisi litigantes mutuo censensu liti valedicant; et cum ferre sententiam, ignota rei veritate, esset periniquum, adhibendæ sunt probationes, per quas veritas innotescat. Unde probatio est: monstratio rei ignotæ. Itaque, si in litis contestatione reus cedat actori, vel si factum sit evidens, probatio erit innecessaria; secus vero in cæteris casibus.

Probatio dividitur in plenam et semiplenam. Prima certitudinem parit; secunda vero opinionem.

Ad affirmantem, generaliter loqüendo, pertinet probare. Et dicimus *generaliter loquendo*, quia neganti competit probare: 1.° cum negatio est fundamentum alicujus petitionis; 2.° cum negatio in se continet aliquam affirmationem; 3.° cum adest contra negantem præsumptio legalis.

In jure canonico periodus probationum non habet terminus fixos; sed pendet à judicis arbitrio.

Probationes in jure canonico hæ sunt: Confessio, ocularis inspectio, testes, instrumenta, præsumptio, et juramentum suppletorium.

Probationes sunt *judiciales*, si præsentantur in judicio post litis contestationem; extrajudiciales, si ante litem recipiuntur. A jure canonico aliquando retinentur uti *extrajudiciales* probationes adductæ in tribunali laico, præsertim si alia ratio inquirendi deest, et si à judice laico observata fuerunt quæ à jure canonico præscripta sunt: ita colligitur ex resolutione Cong. Concil. 29 Maji 1886.

Código Civil: Art.s 1214 y 1215.
Ley de Enjuiciamiento Civil: Art.s 533 h. 562.

Núm. 13.

CONFESSIO. — DIVISIO. — PROBATIO EX CONFESSIONE RESULTANS. — ¿OBLIGAT? — ¿CUINAM NOCET? — POSITIONES.—OBLIGATIO ET EFFECTUS.

Inter probationes primum locum obtinet confessio: nulla enim probatio potest esse major ea, quæ à proprio ore procedit; et si reus confitetur, causa, ut patet, ipso factó finienda est.

Super confessione notandæ sunt regulæ seqüentes: prima est quod Ecclesia de occultis non judicat; secunda est quod protestatio, facto contraria, non valet; tertia est quod confessio tantum nocet confesso, crimine lessæ majestatis excepto, atque etiam excepta confessione procuratoris specialis seu muniti mandato *cum libera*, tutoris, et prælati, qui omnes nocent mandanti et Ecclesiæ, confessione facta necessitate officii et in judicio.

Confessio dividitur: 1.° in discretam, qua exprimuntur obligatio et obligationis causa; et indiscretam, qua exprimitur obligatio tantum: 2.° in simplicem, qua confitetur absolutè factum; et qualificatam, qua confitetur factum cum circunstantia vel circunstantiis, quæ minuunt obligationem aut excussant delictum: 3.° in judicialem, quæ fit in judicio, et coram judice competenti; et extrajudicialem, cui deest aliqua ex conditionibus judiciali appositis: 4.° judicialis dividitur: in expressam, quæ fit verbis, scriptura, vel signis; et tacitam, quæ ex facto aliquo deducitur, vel à lege fingitur occurrisse: sic tacitè confitetur, que super delicto transigit, vel, cum judex jusserit, respondere detrectat.

De singulis hujusmodi confessionibus placeat audire Vecchiotti. Inst. Canon., 2, lib. 4, paragr. 37: «Confessio discreta vel in scriptis, vel sine scriptis coram adversario facta, modo per duós testes integræ fidei comprobetur, plenam fidem omnino facit. Indiscreta, præsente adversario prolata semiplene probat, quum ob

ejus præsentiam præsumatur facta cum aliqua deliberatione; si autem adversario absente emittatur, nihil probat omnino, nan censetur ex præcipitantia et animo non deliberato processisse.»

«Confessio simplex est plena probatio; sed qualificata aliquando dividi, seu in partem rejici, et in partem recipi potest, aliquando vel tota recipienda est, vel tota repudienda. Igitur distinctione opus est. Si conditio confessioni addita præsumptionem juris contra se habeat, tunc confessio quidem recipitur, non autem conditio, nisi probetur; veluti si quis homicidium fassus sit, sed necessariæ defensionis causa, confessio homicidii admittitur, qualitas autem necessariæ defensionis probanda erit, quia juris præsumptio est, eum qui occidit animum nocendi habuisse. At si conditioni seu qualitati adjunctæ præsumptio juris non repugnet, adhuc tamen videndum erit, an conditio ipsa et substantia confessionis ad unum eumdemque actum pertineant, uti si dixeris, te sponsalia promississe hac tamen conditione, si parentes consenserint; te vendidisse, sed pacto legis commissoriæ. Itaque in his casibus, sicut substantia confessionis, et conditio eumdem veluti actum constituunt, sic vel tota confessio recipi, vel tota respui debet, nisi altera pars aut conditionem impletam, aut obligationem fuisse puram non demonstraverit. At vero si substantia confessionis, et conditio ad diversos actus et plene distinctos referantur, uti si reus fateatur mutuum, sed affirmet mutuum reddidisse, tum actor potest confessionem de accepto mutuo admittere, alteram vero partem confessionis de mutuo reddito non recipere, donec reus hoc novum et posterius factum solutionis non comprobaverit.»

«Denique confessio judicialis vim plenissimæ probationis habet, et litem omnino dirimet; confessum enim pro judicato esse, seque sua sententia quodammodo condemnare Paulus affirmat L. 1, ff. de confess. Confessio autem tum plene probat, si fiat coram judice competente, ex certa scientia et libertate, et ab eo qui ætate major sit». . . . . «Confessio autem extra-

judicialis scienter et sponte facta, si præsertim discreta sit, vim plenæ probationis obtinet, secus enim rem dubiam relinquit, et magis vel minus probat, et nullam probationem aut semiplenam tantum inducit.»

Cum libellus, litis contestatio, et hujus insuficientia probatio, et sententia, sint partes essentiales seu constitutivæ judicii, et cum rei cujuslibet essentialia constitutiva sint perfecte harmonica inter se, sententia debet esse omnino conformis libello seu petitioni actoris, in re et in causa petitionis, ita ut fatuus judex resultet, qui in aliud quam petitum est condemnet vel absolvat, ut dicitur in L. fin. cod. de Fideicomunis libert., ejusque sententia ipso jure nulla est. Multo magis debet esse libello consentanea judicis interrogatio, unde nascitur litis contestatio, et in casu confessio. Quæ ergo dicemus in appendice num. 19 de obligatione et modo, quibus judex contringitur interrogandi accusatum in judicio criminali, sicuti de obligatione et modo, quibus urgetur accusatus confitendi seu respondendi interrogationibus judicis secundum ordinem juris legitime interrogantis, eadem à pari locum habent respectu responsionis et confessionis *rei* in judicio civili. Semper ante oculos habentes quod hæc quæstio ad legem naturalem pertinet, contra quam nihil valet ordinatio ab humana potestate proveniens.

Códig. Civil: art.s 1231 h. 1240.

Ley de Enjuiciamiento Civil: art.s 562 h. 579.

Cap. 54 de Elect., c. un. de lit. contest., c. 1 et 2 de confess. in 6, et Clement. sæpe de verb. signif., loquitur de *positionibus unius* litigantis ad alterum, ad eliciendam confessionem, totalem vel partialem, quæ alio modo obtineri nequit.

Cui offeruntur positiones, iisdem juratus respondere debet; ita ut si, judice competenti et secundum ordinem juris, ut dictum est de confessione, jubente loqui, loqui nollit, vel à judicio discedat, in causa civili ut confessus et convictus, in criminali ut suspectus de crimine habendus est, dummodo positiones non sint obscuræ, captiosæ, vel impertinentes.

NÚM. 14.

OCULARIS INSPECTIO.

Ubi deest confessio, nec sufficiunt positiones, inspectio rerum, rite facta, resultat demonstratio veritatis, sicque plena probatio est.

De hac secunda probatione loquitur Auctor lib. 3. tit. 9. paragr 27.

Código Civil: Art. 1240 h. 1244.

Ley de Enjuiciamiento Civil: Art. 616 h. 620.

NUM. 15.

TESTIS. — TESTIMONIUM. — CLASSES. — REQUISITA. — PROBATIO EX TESTIMONIO RESULTANS.—UTRUM HOMO TENEATUR AD TESTIMONIUM IN JUDICIO FERENDUM.

De hac tertia probatione loquitur Auctor lib. 3. tit. 9., paragr. 7 usque ad 20.

Testis est: persona fidedigna cujus dictum in judicio ostendit rei veritatem.

Testimonium est: testis in judicio depositio.

Dividitur in cumulativum, quod idem affirmat quod alter testis; adversativum quod alterius affirmationem destruit; et diversificativum quod affirmat vel negat aliquid, nec favorabile nec contrarium alteri testimonio.

Ex his quæ afferuntur tit. 20, lib. 2. Decretal. clare patet quod necessariæ conditiones ad testimonium judiciale sunt: 1.ª citatio judicialis; 2.ª præsentia vel citatio alterius litigantis; 3.ª juramentum judiciale (1); 4.ª separatio unius testis ab alio; 5.ª ut testimonium sit orale; 6.ª ut scribatur; 7.ª ut litigantibus legatur.

Insuper deducitur quod declarationes cumulativæ duorum vel trium testium faciunt plenam probationem; et cum per ambas partes afferuntur testes idonei, qui testimonium adversativum producunt, standum est majori numero; et in casu dubii standum est pro reo, quia *actoris est probare*.

Similiter etiam deducitur quod faciunt probationem semiplenam depositio unius testis, viri, majoris ætatis, et omnis exceptionis; et depositio duorum aut plurium testium, qui aliquam exceptionem, non vitiosam, pati possunt.

(1) «Homines maxime abhorrent peccata quæ sunt contra Deum, quasi gravissima; inter quæ est perjurium; non autem ita abhorrent peccata quæ sunt contra proximum; et ideo ad majorem certitudinem testimonii requiritur testis juramentum.» 2.ª 2.æ, q. 70, 4, ad 3.

Denique confitendum est, quod testimonia, in uno judicio allata, valent pro altero, si de eadem causa et eisdem personis tractetur; quod attestationes receptæ in summario fidem non faciunt in plenario; et quod unius testimonium non sufficit ad condenationem.

«Plures vero testes, sed singulares, qui nempe de uno eodemque facto aut contraria aut diversa testimonia circa personam, rem, causam, tempus, locum, et circunstantias dicunt, aut nihil, aut semiplene probant; si etenim sibi penitus contradicant, nullam fidem faciunt, quia testimonium alterius ab altero plane eliditur; si vero diversa testentur, non tamen contraria, semiplene ad summum probant, quia eorum quilibet in propria attestatione testis est unicus; at si diversa quidem testimonia dicant, quæ tamen mutuo faciant ad id probandum, quod quæritur, semiplene probant, et interdum in causis civilibus etiam plene, veluti si in causa de jure decimandi unus testis de uno actu alter de altero testificetur.» Vecchiotti Inst. Canon., 2, lib. 4, c. 3. paragr. 39.

Ad quæstionem utrum quis teneatur ad testimonium in judicio ferendum, respondendum est cum Sto. Thom. 2.a 2æ, q. 70, 1., c. et ad 2.m: «In testimonio ferendo distinguendum est, quia aliquando requiritur testimonium alicujus, aliquando non requiritur. Si requiritur testimonium alicujus subditi auctoritate superioris, cui in his quæ ad justitiam pertinent, obedire tenetur, non est dubium quin teneatur testimonium ferre in his in quibus secundum ordinem juris testimonium ab eo exigitur; putà in manifestis (1), et in his de quibus infamia præcessit. Si autem exigitur ab eo testimonium in illis, putà in occultis et de quibus infamia non præcessit, non tenetur ad testificandum. Si vero requiratur ejus testimonium non auctorite superioris,

(1) Per *manifesta* S. Doctor intelligit quæ probari possunt in judicio per sufficientes textus, et dicuntur notoria juris; unde dicitur Decret. causa 2, quæst. 1: *Manifestum est, quod probari potest.*

cui obidere tenetur, tunc distinguendum est; quia si testimonium requiratur ad liberandum hominem vel ab injusta morte, seu pœna quacumque, vel à falsa infamia, vel ab aliquo damno, tunc tenetur homo ad testificandum (1). Et si ejus testimonium non requiratur, tenetur facere quod in se est, ut veritatem denuntiet alicui, qui ad hoc possit prodesse. Dicitur enim (Psalm. LXXXI, 4.): *Eripite pauperem, et egenum de manu peccatoris liberate;* et (Proverb. XXIV, 11): *Erue eos qui ducuntur ad mortem;* et (Rom. I, 22) dicitur: *Digni sunt morte, non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus;* ubi dicit Glossa (Ambr. in hunc loc. apud Petrum Lombardum, in comm.): «Consentire est tacere, cum possis redarguere.» Super his vero quæ pertinent ad condemnationem alicujus, non tenetur aliquis ferre testimonium nisi cum à superiore compellitur secundum ordinem juris, quia si circa hoc veritas occultetur, nulli ex hoc speciale damnum nascitur: vel si immineat periculum accusatori, non est curandum, quia ipse in hoc periculum sponte se ingessit. Alia autem ratio est de reo, cui periculum imminet eo nolente». . . . . .«De illis quæ homini sunt commissa in secreto per confessionem, nullo modo debet testimonium ferre: quia hujusmodi non scit ut homo, sed tanquam Dei minister; et majus est vinculum sacramenti quolibet hominis præcepto. Circa ea vero quæ aliter homini sub secreto committuntur, distinguendum est. Quando enim sunt talia quæ statim cum ad notitiam hominis venerint, homo ea manifestare tenetur, putà si pertinent ad corruptionem multitudinis spiritualem, vel corporalem, vel in grave damnum alicujus personæ, vel si quid, aliud est hujusmodi, quod quis propalare tenetur vel testificando, vel denuntiando: et contra hoc debitum obligari non pò-

(1) Nihilominus ad damnorum ex omissione talis testimonii sequentium restitutionem non videtur esse obligatus, quia non tenebatur illa impedire ex justitia, sed solum ex charitate.

test per secreti commissum, quia in hoc frangeret fidem quam alteri debet. Quandoque vero sunt talia quæ quis prodere non tenetur; unde potest obligari ex hoc quod sibi sub secreto committuntur; et tunc nullo modo tenetur ea prodere, etiam ex præcepto superioris (1); quia servare fidem est de jure naturali; nihil autem potest præcipi homini contra id quod est de jure naturali.»

Código Civil: Art. 1244 h. 1249.
Ley de Enjuic. Civil: Art. 620 h. 650.

---

(1) Ita theologi, jurisconsulti, medici, chirurgici, obstetrices et omnes alii ad quos miseri peccatores solatii, consilii auxiliive accipiendi causa sese confugiunt.

NÚM. 16.

INSTRUMENTA.—CLASSES.—PROBATIO EX EIS RESULTANS.

De hac quarta probatione loquitur Auctor hocce lib. 3, tit. 9., paragr. 20, 21, 22.

Código Civil. Art. 1216 h. 1231; 1242 y 1243.

Ley de Enjuic. Civil. Art. 579 h. 616.

NÚM. 17.

PRÆSUMPTIO—DIVISIO—PROBATIO RESULTANS.

«Ecclesia non debet præsumere de aliquo peccatum, quousque probetur.» S. Thom., Suppl., q. 47, 3. Quinimo «de quolibet præsumendum est bonum nisi appareat contrarium; dummodo non vergat in periculum alterius, quia tunc adhibenda est cautela ut non credatur, secundum illud (I Joann. IV, I): Nolite credere omni spiritui.» 2.ª 2.æ, q. 70, 3, ad 2.

De præsumptione loquitur Auctor hoc lib. 3, tit. 9, paragr. 28 usque ad tit. 10.

Præsumptio dividitur in legalem et personalem. Prima signata et decreta est à lege; non vero secunda.

Legalis dividitur in præsumptionem juris tantum, et præsumptionem juris et de jure. Personalis in levem, gravem, vehementem.

Præsumptio juris tantum ita à lege signata est, ut plenam probationem ducat, nisi contrarium demonstretur: sic filius, in matrimonio natus, à lege præsumitur legitimus, donec aliud appareat. Præsumptio juris et de jure sic à lege signatur, et vim plenæ probationis habet, quod nec contrariam probationem admittat.

Præsumptio hominis seu personalis in circumstantiis fundatur. Levis idem est ac suspicio; gravis idem ac opinio; vehemens idem ac certitudo moralis. Prima nihil probat; secunda producit probationem semiplenam; tertia plenam. Cap. 12 de Præsumpt. Cap. 44. de Sent. excomm.

Ultrum ex præsumptione vehementi liceat reum condemnare in criminalibus, alia quæstio est, de qua loquitur Cap. 14 de Præsumpt.; Cap. 3., paragr. Qui autem de Hæret.; c. 7, 8, eod. in 6.

Cod. Civil.—Art.s 1183, 1189, 1191, 1209, 1210; 1249 h. 1254, 1277, 1297, 1584, 1711, 1768, 1769, 1900, 1901, 1954, 1960.

Ley de Enjuic. Civil.—Art.° 5.°

Código Penal.—Art.° 505.

NÚM. 18.

JURAMENTUM SUPPLETORIUM.—PURGATIONES CANONICÆ.—PURGATIONES VULGARES.

Quando in periodo probatoria non datur confessio, nec positiones ferunt ad confessionem, nec locum habuit ocularis inspectio; si nec testes, nec instrumenta, nec præsumptio plenam probationem producunt, utitur juramento, per quod aut reus se plane purgat, aut actor probationum inopiam supplet.

Hoc juramentum à jure romano desumptum est. Etenim in L. 3. cod. de Reb. credit. dicitur: «Inopia probationum per judicem jurejurando res decidi oportet.» Et nominatur suppletorium, quia probationum deficientiam supplet; et litis decissorium, quia per hoc lis finitur. Sed dictante Benedicto XIII non exigitur in juidicio criminali, neque in civili majoris momenti. Et hoc fit ad evitandum perjurium. Maxime præ oculis habendo quod hoc probationis genus non facit nisi probationem semiplenam.

De hac re prætiose, ut solet, loquitur Vecchiotti. Instit. Canon., 2, lib. 4., cap. 3., paragr. 42: «Aliquando etiam jusjurandum hujusmodi ab ipso judice alterutri parti ad probationem complendam defertur, et tunc jusjurandum necessarium appellatur, ita ut judiciale et necessarium unum idemque juramenti genus sit. Utrumque vocatur tum suppletorium, quia defectum probationum supplet, tum etiam litis decissorium, quia lis pro jurante definitur. Porro autem jusjurandum deferre non plus licet, quam necessitas ipsa cogat, adeoque sive ab altero litigante, sive à judice ipso temere delatum fuerit, recusari potest. Itaque actor, ubi plene probaverit, jure meritoque jusjurandum respuit, itemque reus, si nihil adhuc ab actore probatum sit: nam ex cap. fin de jurejur., actore non probante, reus absolvendus est, etsi nihil præstiterit, adeoque nec juraverit. Quapropter ei tan-

tum qui semiplene probavit, jusjurandum rite defertur, et si utrinque semiplene probatum sit, jusjurandum reo deferendum est, cum in dubiis ejus causa potior habeatur. Hoc præterea jusjurandum non defertur in causis civilibus valde arduis, magnique momenti, nisi parce admodum et habita rei et personarum ratione; juraturus enim testis in propria causa constituitur, ut ex ejus jurejurando sententia proferatur. Verum in hoc casu si quis nova documenta contra testimonium invenerit, causam iterum agere poterit, et facto judicio de perjurio, restitutionem in integrum contra rem judicatam petere, l. 31, §. 4, de juris. Vide Cujacium L. 18 obser. c. 35. Nunquam vero in causis criminalibus, nec in causis beneficialibus, neque in iis, ubi de valore matrimonii, vel religiosæ professionis quæretur, huic jurijurando locus est, cum in hujusmodi causis perspicuæ probationes dumtaxat admittantur.»

De juramento, ut purgatione canonica, cujus olim freqüens usus fuit, titulus est in Decret., atque videri potest cap. 5. de Apostat., c. 14. de Homicid. volunt. vel casual., cap. 2 de Calumn., cap. 10 de Accus., c. 8 de Cohab. Cleric. et mulier.

Aliæ fuerunt purgationes vulgares, irreligiose appellatæ Judicia Dei, aquæ frigidæ, aquæ ferventis, ferri candentis, vomerum ignitorum, judicium ignis, duelli, judicium crucis, ac panis et casei. Hæc judicia semper aversata est, ac multoties reprobavit, Ecclesia Romana. Adest in Decretal. Titulus de Purgatione vulgari.

«Se admitieron con el tiempo en los juicios eclesiásticos sobre causas criminales las purificaciones canónicas *(purgationes canonicæ)* (1) y vulgares, que formaban parte de las *Ordalias y juicios de Dios*. Entendíase por esta purificación en materias eclesiásticas, la prueba de la propia inocencia del crímen imputado.

---

(1) Estas palabras fueron traducidas demasiado literal y groseramente al castellano: hoy sería del mal tono usar ese lenguaje grosero, digan lo que quieran los hablistas; pues entre el uso y la decencia estamos por la decencia.

Es de dos especies: canónica la una y la otra vulgar. La primera aprobada por la autoridad de los Cánones, es un solemne juramento de no haber cometido el crimen imputado, cuando no existen pruebas por parte del acusador. Como en el siglo IV adquirieron celebridad por sus milagros los sepúlcros y las reliquias de los mártires, se extendió la opinión de que por aquellas se descubrían las cosas ocultas; y este fué el fundamento de la introducción del juramento sobre las reliquias de los santos para descubrir la verdad oculta, cuyo uso se aprobó por los Obispos y Pontífices. Después se admitió el juramento sin que se hiciera ante dichas reliquias. Solo los legos prestaban juramento en un principio, pero después se obligó también á los clérigos á prestarlo.»

«Los que prestaban dicho juramento, tenían necesidad de acompañarse de testigos, llamados por esta razón *compurgatores*, *conjuratores y sacramentales*, que jurasen su creencia de que el acusado habia jurado con verdad. Era preciso que los testigos fueran de la misma jerarquía, condición y vecindad que el reo, y hombres de probidad. Los testigos debian ser tres, cinco, siete y aún más si el crimen imputado era enorme. Con el tiempo se desusó esa purificación canónica.»

«La purificación vulgar *(purgatio vulgaris)* era la demostración de la inocencia ú otro hecho controvertido, que se practicaba por exigencia del vulgo, mediante *desafio*, aplicación de un *hierro candente*, *y por el agua caliente ó fria*, *etc.*, porque se creia que era inocente el que asi lo afirmaba, si desafiaba á su contrario y le vencía, teniendósele por criminal, si era vencido. En el juicio del hierro candente, el acusado lo tomaba con la mano desnuda, declarandósele inocente si no se quemaba, y culpable si recibia lesión (1). En la del agua, el acusado metía un brazo desnudo en

(1) D. Alfonso el Battalador concedió al monasterio de Santa Cristina *in summo partu*, cerca de Canfranc, que las pruebas del hierro candente se hicieran allí.

agua hirviendo; si le sacaba ileso era inocente, y criminal si sucedía lo contrario. Respecto al agua fria, el acusado se metía en un gran estanque de agua fria; si nadaba, se le tenía por reo, y si se sumergía por inocente. Para evitar el peligro de muerte en esta prueba, se les ataba á una cuerda para sacarlos inmediatamente si llegaban á sumirse. Llamaban también á estas pruebas *ordalias.*»

«Estas pruebas vulgares fueron introducidas en el Occidente por la superstición de los pueblos bárbaros, sin que terminaran al convertirse, ni después de hacerse cristianos, y, lo que es mas, se propagaron extraordinariamente en medio de la ignorancia de aquel tiempo, teniéndose todas las pruebas vulgares por *juicios de Dios*, usándose como pruebas en los juicios civiles y criminales. Estos delirios supersticiosos y aventurados obtuvieron la aprobación de algunos Obispos y Concilios particulares. Precedían ciertas solemnidades á estas pruebas, como era el ayuno de tres días por parte del acusado: acto seguido era conducido á la iglesia, los sacerdotes rezaban ciertas preces, y en seguida se celebraba la misa llamada *del juicio*, comulgando en ambas especies bajo una forma especial. Concluida la misa, se bendecía el agua de la que bebía el acusado al llegar al lugar del juicio. Allí se conjuraba el agua ó hierro, se desnudaba el acusado, besaba los evangelios y la cruz, se rociaba con agua bendita á todos los circunstantes y se procedía al juicio. La Iglesia desechó estos actos, y los esfuerzos de los pontífices y el estudio de las buenas letras contribuyeron á su total abolición. Las pruebas vulgares no se conocieron en España hasta el siglo XI, y puede asegurarse que fueron importadas del extranjero. Fué célebre en tal concepto el desafío para abolir el rito gótico (1).»

---

(1) El fuero del monasterio de Sahagun *(Sancti Facundi)* uno de los más bárbaros entre todos los de España, y otorgado en pró de los cluniacenses franceses, sancionaba la intervención del Abad en los desafíos.

«El método que la Iglesia usaba en sus juicios, se mudó insensiblemente, y ya en el siglo XII observó los trámites forenses en las causas civiles, y admitió muchas nuevas adiciones en las causas criminales, según aparece del derecho nuevo y novísimo. Contribuyó algo á este cambio el derecho consignado en las decretales Mercatorianas, de que el conocimiento de muchas causas en que entendian Concilios provinciales era de la competencia del Sumo Pontífice. De aquí resultó que se estableciese un nuevo órden de juicios para dirigir por medio de rescriptos el conocimiento de las causas en las provincias, motivando todo esto que se dieran muchísimas constitutiones que pueden verse en los títulos *de rescriptis, de judicibus delegatis, de officio judicii ordinarii, y de dilationibus.*» Salazar, Lecc. 35, Discipl.

Núm. 19.

CRIMINALIS PROCESSUS.

I.

Criminale judicium inchoatur per accussationem, per denuntiationem, aut per inquisitionem.

Qui aliqüem in judicio accussat, ad pœnam talionis obligatur: «Calumniator, si in accussatione defecerit, talionem recipiat. Qui non probaverit quod objecit, pœnam quam intulerit ipse patiatur.» Cap. 2 et 3., q. 3, caus. 2. Propterea nemo utitur hodie accussatione, quæ locum reliquit denuntiationi.

Aliud est delatio, aliud denuntiatio. Prima aliquem accussat, omittendo nomen accussantis.

Denuntiatio potest esse evangelica, canonica, et judicialis. Prima, fraterna correctione præmissa, delinqüentis correctionem quærit, non in foro, sed in cubiculo superioris, mere ut patris. Secunda est, quæ jure canonico obligat; sicuti denuntiatio impedimentorum matrimonium impedientium. Tertia, de qua in hac lectione agitur, fit ante judicem, legis præscriptionibus servatis, et cum libello identificatur.

Innocentius Papa III alium inchoandi criminale judicium præscripsit modum, inquisitionem scilicet, qua judex, proprio motu, accussatione vel denuntiatione inextantibus, delicti existentiam, et auctorem, et complices si adsint, inquirit.

«Evidentia patrati sceleris non indiget clamore accussatoris.» De Accussationibus, c. 9.

A denuntiatione repellitur publicus concubinarius, excommunicatus, et conspirator, et is qui non præmonuit. Ibidem 20.

Ordo, tempus et materia inquisitionis mirifice explanantur his Decretal. verbis, de Accussationibus, Cap. 17, 19, 21, 24.

Cap. 17. «Si circa Novarien. Episcopum debitum inquisitionis ordinem observastis, discretionem vestram in Domino commendamus. Si vero qualibet occasione prætermissistis eumdem, adhuc ipsum tempore opportuno volumus observari: ne inde nascantur injuriæ, unde jura nascuntur. Ideoque mandamus, quatenus ad conscientiæ vestræ judicium recurrentes, si contra præscriptum ordinem tamquam homines excessistis: non pudeat vos errorem vestrum corrigere, qui positi estis, ut aliorum corrigatis errores: quoniam apud Judicem districtum, in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis: ita videlicet, ut inveniatis occassionem aliquam congruentem, per quam (ne vestra vilescat auctoritas) quanto cautius et prudentius poteritis, supersedeatis ad præsens: quoniam ex his, quæ inordinate sunt acta, non potest ordinabiliter agi. Si vero præscriptum ordinem custodistis omni gratia et timore postpositis, Deum solum habentes præ oculis, via regia incedentes, sine personarum acceptione in negotio procedatis.»

. . . .

Cap. 19: «Discretioni vestræ mandamus quod nisi super prædictis (delictis) famam ipsius læsam esse noveritis: vos ad inquisitionem illorum non subito procedatis.»

Cap. 21, paragr. 1: «Respondemus, nullum esse pro crimine, super quo aliqua non laborat infamia, seu clamosa insinuatio non processerit, propter dicta hujusmodi puniendum: quinimo super hoc depositiones contra eum recipi non debere, cum inquisitio fieri debeat solummodo super illis, de quibus clamores aliqui præcesserunt. Nec ad petitionem eorum, qui libellum infamationis porrigunt in occulto, procedendum est, ad inquisitionem super contentis ibidem criminibus faciendam. Aut etiam adversus eos, contra quos fit inquisitio, fides adhibenda est dictis eorum, qui post juramentum vel ante, tacite vel expresse, inimicos se asserunt eorumdem, nisi forsan ante juramentum in fraudem id facere præsumantur»: . . . . . . Paragr. 2: «Propter famam et deponentium credulitatem

duntaxat, non erit ad depositionis sententiam procedendum: sed infamato canonica poterit indici purgatio, secundum arbitrium judicantis: Qui propter dicta paucorum eum infamatum reputare non debet, cujus apud bonos et graves læsa opinio non existit.» . . . .

Cap. 24: «Qualiter et quando debeat Prælatus procedere ad inquirendum et puniendum subditorum excessus, ex auctoritatibus Vet. et Novi Testamenti colligitur evidenter, ex quibus postea processerunt canonicæ sanctiones: sicut olim aperte distinximus, et nunc sacri approbatione Concilii confirmamus. Legitur enim in Evangelio, quod vilicus ille, qui diffamatus erat apud dominum suum, quasi dissipasset bona ipsius audivit ab illo: *Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ: jam enim non poteris amplius villicare.* Et in Genesi Dominus ait: *Descendam et videbo utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint.* Ex quibus auctoritatibus manifeste probatur quod non solum cum subditus, verum etiam cum Prælatus excedit, si per clamorem et famam ad aures superioris pervenerit, non quidem à malevolis et maledicis, sed à providis et honestis, nec et semel tantum sed sæpe, quod clamor innuit, et diffamatio manifestat, debet coram Ecclesiæ senioribus veritatem diligentius perscrutari, ut (si rei posposcerit qualitas) canonica districtio culpam feriat delinquentis, non tanquam idem sit accussator et judex, sed quasi denuntiante fama, vel deferente clamore, officii sui debitum exequatur. Licet autem hoc sit observandum in subditis, diligentius tamen est observandum in Prælatis, qui quasi signum sunt positi ad sagittam. Et quia non possunt omnibus complacere, cum ex officio suo teneantur non sollum arguere, sed etiam increpare, quin etiam interdum suspendere, nonnunquam vero ligare, frequenter odium multorum incurrunt, et insidias patiuntur. Et ideo sancti Patres provide statuerunt, ut accussatio Prælatorum non facile admittatur, ne concussis columnis corruat ædificium: nisi diligens adhibeatur cautela, per quam non solum falsæ, sed etiam malignæ criminationi janua præcluda-

tur. Verum ita vo'uerunt providere Prælatis, ne criminarentur injuste, ut tamen caverent, ne de'inquerent insolenter: contra morbum utrumque invenientes medicinam congruam: videlicet ut criminalis accussatio, quæ ad diminutionem capitis, id est, degradationem intenditur, nisi legit.ma præcedat inscriptio, nullatenus admittatur. Sed cum super excessibus suis quisquam fuerit infamatus, ut jam clamor ascendat, qui diutius sine scandalo dissimulari non possit, vel sine periculo tolerari, absque dubitationis scrupu o ad inquirendum et puniendum ejus excessus, non ex odii fomite, sed charitatis procedatur affectu: quatenus si fuerit gravis excessus, etsi non degradetur ab ordine, ab administratione tamen amoveatur omnino: quod est secundum sententiam Evangelicam à villicatione villicum amoveri, qui non potest villicationis suæ dignam reddere rationem. Debet igitur esse præsens is, contra quem faciendam est inquisitio, nisi se per contumaciam absentaverit: et exponenda sunt ei il'a capitula, de quibus fuerit inquirendum, ut facultatem habeat defendi se ipsum: et non solum dicta, sed etiam nomina ipsa testium sunt ei (ut, quid et à quo sit dictum, appareat) publicanda, nec non exceptiones et replicationes legitimæ admittendæ: ne per suppressionem nominum, infamandi, per exceptionum vero exclusionem deponendi falsum, audacia prœbeatur. Ad corrigendos itaque subditorum excessus, tanto diligentius debet Prælatus assurgere, quanto damnabilius eorum offensas desereret incorrectas. Contra quos, ut de notoriis excessibus taceatur, etsi tribus modis possit procedi, per accussationem videlicet, denuntiationem et inquisitionem ipsorum: ut tamen in omnibus di igens adhibeatur cautela, ne forte, per leve compendium ad grave dispendium veniatur: sicut accussationem legitima debet præcedere inscriptio, sic et denuntiationem charitativa monitio, et inquisitionem clamosa insinuatio prævenire: illo semper adhibito moderamine, ut juxta formam judicii, sententiœ quoque forma dictetur.»

Dato à Superiore, ut judice, inquisitionis decreto,

incipit summarium, cujus objectum tripplex est: quærere delictum de quo præcessit publica vel quasi publica notitia, quia Ecclesia de occultis non judicat; auctorem delicti; et complices, si existunt.

Si non resultant certo delictum et auctor, supersęditur in judicio. Si vero resultant, summarium, omnino secretum, elevatur ad plenarium, judiciale, sociale et publicum. Quod quidem fit per traslationem ad fiscalem et defensorem.

Qui excommunicatus est, nequit deponere ut testis in plenario, quamvis ejus declaratio, si necessitas urget, admitti possit in summario.

«Attestiationes receptæ in summario fidem non faciunt in plenario.» Cap. 38 de Testib.

II.

Delictum est: violatio externa et publica, aut quasi publica, legis inscriptæ in codice humano.

Delicta, quoad rem, dividuntur in transeuntia et permanentia. Hæc, non vero illa, relinquunt vestigium, quod in summario attente Judex persequi debet.

Judex crimen rei, æquè ac innocentiam investigabit; seseque abstinere debet ab interrogationibus dolosis, ambigüis, captiosis et suggestivis, à falsa promissione impunitatis, à blanditiis sicut à minis, à verbis asperioribus, à qualibet dolosa et iniqua investigandi ratione: examen, malis artibus institutum, suo vitio corruit.

Tribunalia ecclesiastica et civilia in processu criminali: «Los tribunales eclesiásticos pueden atemperar sus procedimientos á lo establecido por la potestad temporal, siempre que se trate de citaciones, términos y diligencias, acerca de las cuales nada se halle establecido por la ley canónica, y siempre que, por otra parte, la clase de juicio canónico que se siga permita adaptar su procedimiento al secular. También habrán de acomodarse á éste en aquellos casos en que se obser-

vaba por práctica inmemorial el procedimiento establecido en nuestras leyes antiguas; pero si se trata de juicios especiales canónicos, se seguirán las disposiciones de la Iglesia acerca de los mismos, y en su defecto lo que por práctica inmemorial, ó derecho consuetudinario, se venga observando, según queda dicho en la lección anterior, puesto que no son generalmente adaptables á los mismos las prescripciones de la ley civil.»

«Por razones de equidad, y para evitar conflictos, pueden tenerse en cuenta las reglas siguientes (1):

a) Los jueces eclesiásticos pueden seguir el procedimiento secular en los casos para los cuales nada se halla establecido por la Iglesia acerca de la materia, ó hay costumbre de seguirlo.»

b) Cuando la Iglesia tenga establecido el procedimiento que ha de seguirse en la clase de juicio penal que se ejercite, el juez eclesiástico prescindirá de las reglas establecidas por las autoridades seculares, y se atendrá á las canónicas.»

c) Si la Iglesia designa en general el procedimiento sin prescribir todas las ritualidades, el juez eclesiástico suplirá éstas por lo que establezca la ley civil, siempre que sean aceptables y puedan acomodarse al juicio canónico.

d) Además, deben tenerse presente las relaciones de la Iglesia de España con el Estado. Hoy pueden los jueces eclesiásticos obrar con mas independencia en esta materia, y mayormente si se trata de asuntos puramente espirituales.»

e) En el juicio penal eclesiástico existen disposiciones y ritualidades propias de la época en que se die-

---

(1). Dos máximas muy notables tiene en cuenta para esto la Iglesia. Jesucristo después de probar á S. Pedro que no debia pagar tributo, le manda pagarle por ambos, dando por razón para ello: *Veruntamen ut non scandalicemus eos.*

ron, y que han caido en desuso, las cuales deben por lo tanto omitirse (1).

f) Debe preferirse por último, en esta materia lo que se halla aceptado por derecho consuetudinario.» Salazar, Lecc. 42, Discipl.—V. app. núm. 6 harum Annotationum

Processus specialis in causis specialibus. «Los tribunales eclesiásticos tienen que proceder secretamente en aquellos casos de los que puede resultar escándalo y difamación de personas y corporaciones, bien reputadas ante el público, como sucede en los delitos (2) de los clérigos solicitantes en la confesión, concubinarios, aspirantes á órdenes, etc.; pero en estos y otros casos semejantes deben formarse los expedientes debidos con mucha precaución y reserva, á cuyo efecto deberán observarse las reglas siguientes:

1.ª Si un clérigo ha solicitado en la confesión á una persona seglar, deben ante todo verse los antecedentes del denunciado, y los de la denunciante. Si hay motivos bastantes para creer fundada la denuncia, y el clérigo está bien reputado, convendrá seguir el expediente gubernativamente, y sin más publicidad que la estrictamente necesaria, y á este efecto convendrá habilitar á un clérigo para que desempeñe el cargo de notario.»

2.ª Lo mismo deberá hacerse, y con más razón, cuando la solicitada es religiosa, y al tenor de la constitución de Benedicto XIV *Sacramentum pæni-*

---

(1) Por lo mismo que hemos consignado las disposiciones civiles sobre el procedimiento penal en el tom. 3.º de la obra de *Procedimiento* tantas veces citada, debemos manifestar aqui, que aquellas han sido notablemente modificadas por la ley provisional de Enjuiciamiento criminal, de 22 de Diciembre de 1872, á fin de que los jueces eclesiásticos la tengan á la vista y puedan acomodarse á ella, por equidad, con sujeción á las reglas expresadas en el texto. Pero como éstas quizá sean modificadas, segun se dice, no nos detenemos en examinarlas.

(2) Vease de dicho tom. 3.º pág. 188 y siguientes:

tentiæ, que impone por justísimas razones el triste deber de denunciar al solicitante.

3.ª Respecto á los clérigos concubinarios, cuyo delito no sea público, debe hacerse ordinariamente lo mismo, como se dirá luego en la lección XLV.

4.ª Por último, el expediente debe ser reservado en todos aquellos casos en que el prelado ó juez eclesiástico procede de oficio, y la publicidad cede en detrimento de la moral pública, de corporaciones religiosas, ó de familias y personas bien reputadas, ó dar ocasión de escándalo á los débiles y de ludibrio á los impíos y enemigos de la Iglesia, los cuales, con perversa lógica, suelen sacar consecuencias generales de hechos particulares, aislados, y no como quiera raros, sino rarísimos, y previstos ya por la Iglesia.»

«5.ª Aun los tribunales seculares suelen tener las vistas de causa á puerta cerrada cuando se tratan asuntos de gran lubricidad ó profunda corrupción moral; y con mucha mas razón debe hacerse en los eclesiásticos.» Salazar, Id.

Circa celeberrimam quæstionem, quæ meticulosas conscientias nimis exagitavit, utrum reus teneatur plane confiteri omnia et singula de quibus à judice fuerit interrogatus, nostra facimus hæc Vecchiotti verba: «Verum litigans non tenetur respondere interrogationibus perplexis, dubiis, obscuris, captiosis ad causam non pertinentibus, imo nec reus, si judex non legitime interrogat, veluti si fuerit incompetens, suspectus, aut interroget de occulto crimine, non obstringitur crimen ipsum prodere, «sed potest vel per appellationem, vel aliter licite subterfugere,» ut docet S. Thomas 2, 2, q. 69, a. 1. An reus, si judex legitime, et servato juris ordine, interroget, veritatem semper aperire teneatur, quæstio est, de qua vide S. Alph. de Ligorio. l. 3, n. 156, et l. 4, n. 274, qui negativam sententiam satis probabilem putat, ubi agitur de gravi damno, quod ex confessione immineat; quinimo addit in quibusdam rerum adiunctis reum posse jurare, se crimen haud commisisse, subintelligendo, quatenus confiteri teneatur,

quum nemo lege obstringatur, per propriam confessionem, ad pœnam gravem aliquatenus sese condemnandi.» . . . . . . «At non desunt qui doceant, reum etiam legitime interrogatum nunquam sane nullaque de causa mentiri posse; attamen in causis capitalibus vel gravioribus absque culpa saltem mortali tacere posse, aut interrogationes eludere, uno verbo, crimen suum non prodere, quoties sine mendacio id fieri liceat, et adsit spes evadendi pœnam, eo quod crimen nondum plene probatum sit, nullumque grave damnum reipublicæ timeatur. Namque in eo rerum statu neque præcepto judicis, neque ulli humanæ legi vis tanta inest, ut reum obliget se ipsum prodere, in suam perniciem conspirare, seque suomet ore jugulare. Hoc siquidem præceptum, attenta hominum natura et naturali studio et jure servandæ vitæ, inhumanum est, aut saltem moraliter impossibile: leges autem et præcepta moraliter impossibilia non obligant, quum plus damni afferant quam emolumenti.» 2.° Cap. 3, paragr. 37, 45.

Licet prima fronte hæc doctrina laxa appareat, tota nititur menti Sti. Thomæ, qui sic se habet: 2.ª 2.æ q. 69, 1.ª, c., 2.ª, c. «Quicumque facit contra debitum justitiæ, mortaliter peccat, sicut supra dictum est (qu. LIX, art. 4). Pertinet autem ad debitum justitiæ quod aliquis obediat suo superiori in his ad quæ jus prælationis se extendit. Judex autem, ut supra dictum est (qu. LXVII, art. 1.), superior est respectu ejus qui judicatur. Et ideo ex debito tenetur accusatus judici veritatem exponere, quam ab eo secundum formam juris exigit. Et ideo si confiteri noluerit veritatem quam dicere tenetur, vel si eam mendaciter negaverit, mortaliter peccat. Si vero judex hoc exquirat quod non potest secundum ordinem juris, non tenetur ei accusatus respondere; sed potest vel per appellationem vel aliter licite subterfugere. Mendacium tamen dicere non licet.»

«Aliud est veritatem tacere, aliud est falsitatem proponere: quorum primum in aliquo casu licet; non enim aliquis tenetur omnem veritatem confiteri, sed illam,

solum quam ab eo potest et debet requirere judex secundum ordinem juris: putà cum præcessit infamia super aliquod crimine, vel aliqua expressa judicia apparuerunt, vel etiam cum præcessit probatio semiplena (1). Falsitatem tamen proponere in nullo casu licet alicui. Ad id autem quod licitum est, potest aliquis procedere vel per vias licitas, et fini intento accommodas, quod pertinet ad prudentiam; vel per aliquas vias illicitas, et proposito fini incongruas, quod pertinet ad astutiam, quæ exercetur per fraudem et dolum, ut ex supradictis patet (quæst. LV, art. 4 et 5). Quorum primum est laudabile, secundum vero vitiosum. Sic ergo reo qui accusatur, licet se defendere, veritatem occultando, quam confiteri non tenetur, per aliquos convenientes modos, putà si non respondeat ad quæ respondere non tenetur. Hoc autem non est calumniose se defendere, sed magis prudenter evadere. Non autem licet ei vel falsitatem dicere, vel veritatem tacere quam confiteri tenetur, neque etiam aliquem dolum vel fraudem adhibere, quia fraus et dolus vim mendacii habent; et hoc est calumniose se defendere.»

III.

Ad forum externum prædicta pertinent. Qui vero, actor vel judex, eludere velit anathema Domini, qui ipsasmet justitias jubicabit, in sequentibus velut in speculo sese inspicere debet.

Decretalis extra de Simonia, cap. Licet, hæc præscribit: «Tribus modis in criminibus procedi potest: primo per inquisitionem, quam debet præcedere clamosa insinuatio, quæ locum accusationis tenet; secundo per accusationem, quam debet præcedere legitima inscriptio; tertio per denuntiationem, quam debet prœcedere fraterna correctio.»

---

(1) Semiplena probatio est testimonium unius testis, cujus dictum infirmari non potest.

Accussatio est: judicialis delatio criminis contra aliquem propter vindictam publicam cum sponsione probationis.

Si quis scit crimen, in damnum reipublicæ, et possit probare, tenetur ad accusationem; non vero si aliquid dictorum desit. 2.ª 2.æ, q. 68, 1, c., et ad 3; 3, ad 1.

Veruntamen «nullus potest accusare qui in simili crimine existit.» S. Thom. Suppl., q. 62, 1, ad 2.

Aliquando potest fieri judicialis denuntiatio, omissa admonitione secreta. 2.ª 2.æ, q. 33, 7.

«Peccat ille qui usurpat sibi judicium de re sibi non comissa.» Ibid., q. 64, 5.

Ut judicium resultet licitum ex parte judicis, tria requiruntur. «Judicium intantum est licitum inquantum est justitiæ actus. Sicut autem ex prædictis patet (art. præc.), ad hoc quod judicium sit actus justitiæ, tria requiruntur: primo quidem ut procedat ex inclinatione justitiæ; secundo quod procedat ex auctoritate præsidentis; tertio quod proferatur secundum rectam rationem prudentiæ. Quodcumque autem horum defuerit, judicium erit vitiosum et illicitum: uno quidem modo quando est contra rectitudinem justitiæ; et sic dicitur judicium perversum vel injustum (1); alio modo quando homo judicat de his in quibus non habet auctoritatem; et sic dicitur judicium usurpatum; tertio modo quando deest certitudo rationis: putà cum aliquis de his judicat quæ sunt dubia vel occulta, propter aliquas leves conjecturas; et sic dicitur judicium suspiciosum vel temerarium.

«Illi qui sunt in gravibus peccatis, non debent judicare eos qui sunt in eisdem peccatis, vel minoribus, ut Chrysostomus (alius auctor) dicit supra illud (Matth. VII): *Nolite judicare* (hom. 24 Oper. imp. in Matth., parum à princ.) Et præcipue hoc est intelligendum, quando illa peccata sunt publica, quia ex hoc generaretur scandalum in cordibus aliorum. Si autem non

---

(1) Hinc non judicandum est ex aliqua privata affectione, ut ira, odio vel amore.

sunt publica, sed occulta (1), et necessitas judicandi immineat propter officium, potest cum humilitate et timore vel arguere vel judicare. Unde Augustinus dicit (De serm. Dom. in monte, lib. II, cap. 19, circa med.): «Si invenerimus nos in eodem vitio esse, congemiscamus, et ad pariter conandum invitemus.» Nec tamen propter hoc homo sic seipsum condemnat, ut novum condemnationis meritum sibi acquirat; sed quia condemnans alium, ostendit se similiter condemnabilem esse propter idem peccatum vel simile (2).» 2.ª 2.æ, q. 60, 2.

Præterea juxta allegata et probata judex semper judicare debet. Ibid., q. 67, 2.

Insuper judicia dubia de malitia alterius, in meliorem partem semper sunt interprætanda. Ibid., q. 60, 4.

«Facilior debet esse judex ad absolvendum quam ad condemnamdum; nisi forte in causis favorabilibus, sicut est causa libertatis et hujusmodi.» 2.ª 2.æ, q. 70, 2, ad 2.

«Pœna autem corrigens non requiritur ubi emendatio jam præcessit.» Suppl., q. 62, 2.

Attamen «cessante culpa et quantum ad actum et quantum ad maculam, adhuc manet aliquid de reatu; et cessante reatu quoad Deum, adhuc manet reatus quoad pœnam humano judicio inferendam, quia homo non videt cor, sicut Deus.» Ibid., 6, ad 2.

Denique pœnæ inflictio amorem delinquentis non destruat. Etenim «semper licuit indulgere peccanti quantum ad rancorem cordis, sed non quantum ad pœnam divinitus (vel humanitus) taxatam.» Ibid., q. 67, 5 ad 2.

---

(1) Primum B. Thomas docuerat (Sent. IV, dist. 19, art. 2, quæstiunc. 2) eum peccare qui existens in peccato mortali etiam occulto, utitur officio prælationis, alterum corripiendo, vel quidquam aliud proprii officii exequendo; sed hanc sententiam retractavit (Comment. in cap. VIII Joan. et in cap. II. Rom.)

(2) Error est in Wiclefo (conc. Constant. sess. 8) et in Joanne Huss. (sess. XV) damnatus, dicere quod nullus sit dominus civilis, nullus prælatus, nullus episcopus quando est in peccato mortali.

NÚM. 20.

SENTENTIA.

De hac re Auctor lib. 5. tit. 14.

Sublimis est dignitas judicis, qui constituitur ut minister Dei: dicitur enim (Deuter. I, 16): «Quod justum est, judicate;» et postea sequitur, «quia Dei est judicium.»

Semper cogitare debet quod si homo est dominus eorum quæ ad ipsum pertinent, non sic eorum quæ ad alios pertinent.

Semper judicare debet secundum legis scripturam. Dicit enim S. Thom. 2.ª 2.æ, q. 60, 5: «Judicium nihil aliud est quam quædam definitio vel determinatio ejus quod justum est. Fit autem aliquid justum dupliciter: uno modo ex ipsa natura rei, quod dicitur jus naturale; alio modo ex quodam condicto inter homines, quod dicitur jus positivum, ut supra habitum est (quæst. LVII, art. 2). Leges autem scribuntur ad utriusque juris declarationem, aliter tamen et aliter, nam legis scriptura jus quidem naturale continet, sed non instituit: non enim habet robur ex lege, sed ex natura; jus autem positivum scripturam legis et continet et instituit, dans ei auctoritatis robur. Et ideo necesse est quod judicium fiat secundum legis scripturam; alioquin judicium deficeret, vel à justo naturali vel à justo positivo.»

Aliquando tamen secundum æquitatem judicandum est. «Sicut leges iniquæ secundum se contrariantur juri naturali vel semper vel ut in pluribus, ita etiam leges quæ sunt recte positæ, in aliquibus casibus deficiunt; in quibus si servarentur, essent contra jus naturale. Et ideo in talibus non est secundum litteram legis judicandum, sed recurrendum ad æquitatem, quam intendit legislator. Unde Jurisperitus dicit (Modestinus in Resp. lib. VIII, ex quo refertur in ff. lib. I, tit. 3, leg. 25): «Nulla ratio juris aut æquitatis benignitas pa-

titur, ut quæ salubriter pro utilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipsorum commodum producamus ad severitatem». Et in talibus etiam legislator aliter judicaret; et si considerasset, lege determinasset.» Ibid, ad 2.

Præcipue caveat judex à muneribus etiam sponte oblatis; «quæ, ut legitur Exodi XXVIII, 8, etiam excæcant prudentes, et subvertunt verba justorum».

In causis criminalibus reus absens, aut respondere detrectans, non tamen ipso facto pro confesso habendus est; quia, ad imponendum pœnas, probationes claræ necessariæ sunt.

Disputant acriter canonistæ utrum ex suspicione liceat judici condemnare reum; sed hanc quæstionem mirifice solvit S. Thomas, qui in rebus canonicis, jus naturale attingentibus, omnium canonistarum magister esse potest. Dicit enim 2.ª 2.æ, q. 60, 3.º «Suspicio importat opinionem mali quando ex levibus indiciis procedit, et hoc contingit ex tribus: uno quidem modo ex hoc quod aliquis in seipso malus est; et ex hoc ipso, quasi conscius suæ malitiæ faciliter de aliis malum opinatur, secundum illud (Eccle. X, 3): *in via stultus ambulans*, *cum ipse sit insipiens*, *omnes stultos æstimat*. Alio modo provenit ex hoc quod aliquis male afficitur ad alterum; cum enim aliquis contemnit vel odit aliquem, aut irascitur vel invidet ei, ex levibus signis opinatur mala de ipso, quia unusquisque faciliter credit quod appetit. Tertio modo provenit ex longa experientia; unde Philosophus dicit (Rhetor. lib. II, cap. 13, parum à princ.), quod «senes sunt maxime suspiciosi, quia multoties experti sunt aliorum defectus.» Primæ autem duæ suspicionis causæ manifeste pertinent ad perversitatem affectus; tertia vero causa diminuit rationem suspicionis, inquantum experientia ad certitudinem proficit, quæ est contra rationem suspicionis. Et ideo suspicio vitium quoddam importat; et quanto magis procedit suspicio, tanto magis est vitiosum. Est autem triplex gradus suspicionis: primus quidem gradus est ut homo ex levibus indiciis

de bonitate alicujus dubitare incipiat; et hoc est veniale et leve peccatum; pertinet enim ad tentationem humanam «sine qua vita ista non ducitur,» ut habetur in Glossa (ord. Aug. cit. in arg. 5), super illud (I. Cor. IV): *Nolite ante tempus judicare)*. Secundus gradus est cum aliquis pro certo malitiam alterius æstimat ex levibus indiciis; et hoc si sit de aliquo gravi, est peccatum mortale, inquantum non est sine contemptu proximi; unde Glossa ibidem subdit: «Si ergo suspiciones vitare non possumus, quia homines sumus; judicia tamen, id est, definitivas firmasque sententias continere debemus.» Tertius gradus est cum aliquis judex ex suspicione procedit ad aliquem condemnandum (1): et hoc directe ad injustitiam pertinet, unde est peccatum mortale.»

Ley de Enjuiciamiento Civil.

Sentencias, providencias, autos, sentencias firmes, ejecutorias. Art. 542 h. 559.

Conc usión, vistas, sentencias. Art. 650 h. 665.

Ejecución de las sentencias. Art. 902 h. 942.

Sentencias sobre enagenación de bienes de menores é incapacitados. Art. 1970 h. 1990.

Sentencias sobre comercio. Art. 2030 h. concluir. Edic. de Conrotte pág. 629 h. concluir.

Sentencias sobre posesión judicial de alguna cosa. Art. 2015 h. 2020.

Sentencias sobre deslinde y amojonamiento. Art. 2020 h. 2050.

Ley provisional para la aplicación del Cod. Penal á Filipinas. Edic. Oficial:

Redacción de sentencias: Pág.s 49 h. 68; 199 h. 204.

Tasación de costas. Honorarios de abogados. Páginas 81 h. 90; 208, 209.

---

(1) «Sententiam judex non potest pronuntiare nisi ex argumentis quæ dubium omnino excludunt.»

NUM. 21.

APPELLATIONES.

De appellationibus agit Auctor. lib. 3, tit. 15.

Dantur recursus, qui non sunt appellationes. Dicitur enim sess. 24., de reform. cap. 20:

«Causæ omnes, ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, etiamsi beneficiales sint, in prima instantia coram Ordinariis locorum, dumtaxat cognoscantur, atque omnino, saltem infra biennium à die motæ litis, terminentur: alioquin post id spatium liberum sit partibus, vel alteri illarum, judices superiores, alias tamen competentes, adire; qui causam in eo statu, quo fuerit, assument, et quamprimum terminari curent; nec antea aliis commitantur, nec avocentur: neque appellationes ab eisdem interpositæ, per superiores quoscumque recipiantur; eorumve commissio, aut inhibitio fiat, nisi à definitiva, vel à difinitivæ vim habente, et cujus gravamen per appellationem à definitiva reparari nequeat. Ab his excipiantur causæ, quæ juxta canonicas sanctiones apud sedem Apostolicam sunt tractandæ: vel quas ex urgenti, rationabilique causa judicaverit summus Romanus Pontifex per speciale rescriptum signaturæ Sanctitatis suæ, manu propria subscribendum, committere, aut avocare.»

Super modum inchoandi et perficiendi appellationem vid. citat. ses. 24., de reform. cap. 20.

Similiter circa inhibitiones et appellationes noscere debent omnes Bullam Benedicti XIV «Ad militantis.»

Dantur delegationes Pontificiæ vel Conciliorum generalium, quales sunt quæ ex Decretis Tridentinæ Synodi Episcopis tanquam Apostolicæ Sedis Delegatis committuntur. Appellationes in his casibus ad Romanum Pontificem deferentur.

In Hispania ab Ordinario ad Metropolytam, à Metropolyta ad Nuntium appellatur. «De las sentencias del

sufragáneo se apela al metropolitano, y de este ante el *Nuncio de Su Santidad*, quien comete el conocimiento de la causa á la Rota, á cuyo efecto el apelante presenta un escrito al Nuncio de Su Santidad en España, pidiendo se sirva cometer á la Rota, el conocimiento de la causa apelada, según consta por los autos recibidos allí, porque hoy no se dan *apóstolos*, sino que se remiten al Tribunal superior los originales.

«El Auditor del Nuncio manda por un decreto marginal que pasen los autos al abreviador. Este extiende un buleto, dando comisión á un auditor para conocer del asunto como *ponente*. Otros dos auditores, que forman el turno, se llaman *corresponsales*. El procurador recoge el breve, firmado por el Nuncio ó su asesor, y le presenta al auditor ponente, quien firma el auto de aceptación, mandando se una á los autos de su referencia. En la designación de ponente se sigue turno riguroso.» Salazar, Lección 45.

Unde nullæ sunt appellationes ad Rotam; fieri debent ad Nuntium. Rota non existit nisi constituta in quolibet particulari casu à Nuntio, designante personas Tribunal componentes in quocumque casu contentioso. Vel rem committit Nuntius judici seu pro-judici synodali. Ab una Rotæ sententia appellari potest, si placet, denuo ad Nuntium.

In castrensibus appellatur à Subdelegatis ad Nuntium, non ad Vicarium Generalem.

In condemnatione libri seu doctrinæ per Ordinarium facta, non appellatur ad Nuntium sed ad Rom. Pontificem.

In Philippinis omnes causæ judiciales, etiam castrenses, terminantur in his insulis, quod ex sequentibus constat.

«Gregorius Papa XIII,
ad perpetuam rei memoriam.

«Exposcit debitum pastoralis officii, cui, disponente Domino, providemus, ut litium dispendiis, quæ in foro ecclesiastico pro tempore tractantur, ea, qua, fieri potest, celeritate succurratur.

«1. Exponi sane nobis nuper fecit charissimus in

Christo filius noster Philippus, Hispaniarum rex catholicus, quod in partibus civitatum, terrarum et locorum, oppidorum et dominiorum Indiarum terræ firmæ et insularum maris Oceani, ob locorum à Romana Curia distantiam, difficile admodum rescripta apostolica haberi queunt, et propterea appellationes, quæ à quibusvis sententiis in causis tam criminalibus quam aliis quibuscumque forum ecclesiasticum concernentibus pro tempore latis interponuntur, difficulter admodum recipi et admitti possunt; ac propterea incolarum prædictorum dispendiis, quæ ex litium longitudine proveniunt, valde consultum foret, si duæ sententiæ pro tempore latæ rem iudicatam facerent, et ab illis amplius appellare non liceret. Quare idem Philippus rex nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

«2. Nos, qui populorum quorumlibet quietem et commodum, quantum cum Domino possumus, libenter procuramus, eumdem Philippum regem à quibusvis excomunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et pœnis, à iure vel ab homine, quavis occasione vel causa, latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, volumus et apostolica auctoritate decernimus quod in omnibus regnis, terris et dominiis Indiarum terræ firmæ et insularum maris Oceani, et alias quomodocumque et qualitercumque nuncupatis dicto Philippo rege mediate vel immediate subiectis, quandocumque, in causis tam criminalibus quam aliis quibuscumque forum ecclesiasticum concernentibus, à sententiis pro tempore latis appellari contigerit, si sententia ab episcopo lata, ad metropolitanum.

«3 Si vero prima sententia ab ipso metropolitano promulgata fuerit, ad ordinarium viciniorum absque aliquo alio Sedis Apostolicæ rescripto appelletur; et si secunda sententia primæ sententiæ conformis fuerit, vim rei iudicatæ obtineat, et executioni per eum, qui

eam tulerit, quacumque appellatione non obstante, demandetur: si vero illæ duæ, sive ab ordinario et metropolitano, sive à metropolitano et ordinario viciniore latæ conformes non fuerint, tunc ab altero metropolitano, vel episcopo, à quo prima lata fuit sententia, ad viciniorem eiusdem provinciæ episcopum appelletur, et duas ex ipsis tribus sententias conformes, quas etiam vim rei iudicatæ habere volumus, is qui ultimo loco iudicaverit, exequatur, quacumque appellatione non obstante.

«4. Decernentes omnia et singula, alias quam ut præmittitur intentata et facta, iudicia nullius prorsus roboris et momenti fore, et quascumque, modo prædicto non servato, interponendas appelationes, nullas, irritas et inanes existere; sicque per quoscumque iudices et commissarios, quavis auctoritate fungentes, etiam loci ordinarios et causarum Palatii Apostolici auditores, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate, iudicari debere; irritum quoque et inane, si secus super his à quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignorantes, contigerit attentari.

. . . .

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo. Piscatoris, die XV Maii MDLXXII, pontificatus nostri anno I.»

Ergo appellatio, justa instructionem pro Ecclesiasticis Curiis quoad modum procedendi in causis disciplinaribus et criminalibus clericorum datam die 11 Junii an. 1880, in Philippinis fit ad Delegationem Apostolicam ad tenorem præcedentis Constitutionis.

Ley de Enjuiciamiento Civil:

2.ª instancia. Art. 823 h. 886.

Recursos y apelaciones. Art.s 359 h. 394; 480.

Recursos interpuestos por el ministerio fiscal. 1763 h. 1768.

Recursos contra las sentencias de los amigables componedores. 1756 h. 1765.

Disposiciones comunes á todos los recursos de casación. 1768 h. 1778.

Casos en que procede el recurso de casación. 1671 h. 1682.

Por infracción de ley ó de doctrina. 1682 h. 1731.

Por quebrantamiento de forma. 1731 h. 1750.

Por todos esos conceptos. 1750 h. 1756.

Recurso de revisión. 1778 h. 1794.

No tiene lugar pasados cinco años. 1782.

Manual de los Jueces de Paz:

Recursos y apelaciones. T. 1.° pág. 97 h. 101.

Núm. 22.

APPELLATIONES AB ABUSU.

(RECURSOS DE FUERZA.)

Appellatio ab abusu definiri potest: á judice ecclesiastico sua potestate abutente ad judicem sæcularem provocatio.

Judex ecclesiasticus sua potestate abuti potest vel injustam sententiam pronuntiando, vel judicialem ordinem non servando. Si appellatur ratione injustitiæ, dicitur appellatio simplex; si appellatur ob non servatum ordinem, dicitur appellatio ab abusu.

Communiter sentierunt et sentiunt auctores simplicem appellationem illicitam et nullam esse; sed aliqui, à Calvini tempore, dixerunt licitam esse appellationem ab abusu. quod quidem sustineri nequit propter rationes sequentes.

Præ oculis semper habendum est quod Rom. Pontifex Leo XII, de hac re loqüens 14 Junii 1824, Galliarum Regi scribebat seqüentia: «On medite d'ouvrir des nouvelles plaies dans le seins de l'Église, en remettant en vigueur les appels comme d'abus inconnus á la vénerable antiquité. source de désordre eternel et de vexatión continuelle contre le Clergé, usurpation des droits les plus sacrés de l'Église.»

Insuper notandum est quod in Constitut. Pii PP. IX. «Apostolicæ Sedis» imponitur excommunicatio latæ sententiæ, speciali modo Romano Pontifici reservata, contra «Impedientes directe vel indirecte exercitium jurisdictionis ecclesiasticæ sive interni sive externi fori, et ad hoc recurrentes ad forum sæculare ejusque mandata procurantes, adentes, aut auxilium, consilium vel favorem præstantes.»

Præterea: inter errores in Syllabo damnatos invenitur num. 41: «Civili potestati, vel ab infideli imperante exercitæ competit potestas indirecta negativa in sacra; ei-

dem proinde competit nedum jus quod vocant *Exequatur*, sed etiam jus appellationis quam nuncupant ab abusu.» Huic propositioni addi potest hæc alia in eodem Syllabo damnata, numero 54: «Reges et principes, non solum ab Ecclesiæ jurisdictione eximuntur, verum etiam in quæstionibus jurisdictionis dirimendis superiores sunt Ecclesiæ.»

Et re quidem vera. Potestas sæcularis inter christianos inferior est atque subordinari debet in rebus conscientiæ auctoritati spirituali. Unde si judex laicus justitiam negligit, poterit aliquando moneri et obligari ab auctoritate ecclesiastica, sicut historia testatur de R. Pontificibus condemnantibus Principum injustitias. Et è contra, cum potestas ecclesiastica non subjiciatur auctoritati civili, non poterit judex laicus Tribunalis ecclesiastici negligentiam aut malitiam emendare.

Hoc evidens apparebit omni qui attente legat quæ Summus Pontifex Innocentius III scripsit, et inveniuntur in cap. 6 de Majorit. et Obed., ubi asserit quod Sacerdotium superius est Imperio; etenim, comparando ambas potestates inter se, Sacerdotium assimilat soli, Imperium lunæ, primum animæ, secundum corpori; atque sacerdoti applicat Dei verba ad Jeremiam prophetam: «Ecce constitui te super gentes et regna.» Unde resultat quod reges et principes subjiciuntur in spiritualibus non solum R. Pontifice, sed etiam propriis episcopis ut pastoribus (1).

Præterea. Potestas civilis inter christianos honorare debet Ecclesiam, ejusque legibus obedire, et procurare, quantum possit, ut omnes obediant et adimpleant. Nunc vero quamvis judices ecclesiastici deficiant in judiciis, leges Ecclesiæ præcipiunt quod appellationes, si fiant, ad auctoritatem ecclesiasticam superiorem ferantur, ita ut non poterit evocari aliqua lex in contrarium.

---

(1) «Corporalia ad spiritualia ordinantur. Et ideo potestas quæ se extendit ad spiritualia, etiam ad corporalia se extendere potest, sicut ars, quæ est de fine, imperat de his quæ sunt ad finem.» S. Thom. Suppl., q. 23, 1. ad 1.

Denique celeberrima sunt verba Osii ad Constantium Imperatorem: «Ne te rebus misceas Ecclesiasticis; neu nobis his de rebus præcepta mandes, sed à nobis potius hæc ediscas. Tibi Deus imperium tradidit, nobis Ecclesiastica concredidit. Ac quæmadmodum qui tibi imperium subripit, Deo ordinanti repugnat, ita metue, ne si ad te Ecclesiastica pertrahas, magni criminis reus fias.» Sicuti et sequentia S. Thom. Suppl. q. 19, 3, ad 2: «Reges non habent aliquam potestatem in spiritualibus, et ideo clavem regni cœlestis non accipiunt; sed solum in temporalibus, quæ etiam nonnisi à Deo esse potest, ut patet Rom. XIII.»

Procedimientos Eclesiásticos por Cadena, 2.°, 67 h. 92, 367 h. concluir.

Legislación Ultramarina por S. Pedro, 6.°, pág. 190 h. 200.

Ley de Enjuiciamiento Civil. Art.s 109 h. 137.

«No podemos ménos de citar con elogio la siguiente Real Orden de 23 de Agosto de 1861, no como enteramente buena, sino como lenitiva, una vez supuestos los recursos de fuerza: «Para evitar que la jurisdición eclesiástica quede sin la debida representación oficial, y sin la conveniente defensa en los recursos de fuerza;... que los fiscales de las audiencias sean parte indispensable en todos los Juicios de esta clase, y sostengan la defensa de la jurisdicción eclesiástica, cuando crean que los Tribunales de este fuero no se han extralimitado de las atribuciones que les competen.» Salazar, Discipl., lecc. 39.

Hodie tantum superest recursus consignatus art. 109 (Ley de Enj. Civ.)

NÚM. 23.

JUDICIA SUMMARIA ET SUMMARISSIMA.

Diximus quod judicium, ratione causæ formalis, dividitur in solemne, summarium, et summarissimum.

In solemni, seu ordinario atque perfecto, servantur juris præscriptiones, tam essentiales quam accidentales, adeo ut, aliqua prætermissa, sententia nulla sit.

In summario implentur solemnitates essentiales tantum, scilicet quæ juris naturalis sunt: libellus, citatio, litis contestatio, probatio, defensio, et sententia.

In summarissimo, nec accidentales, nec etiam omnes essentiales solemnitates servantur; sicque nec vere judicium est, quia non datur res sine essentia propria et completa.

Per processum summarium feruntur causæ electionis, postulationis, regularium, criminales et disciplinæ in clericos.

Judicia summarissima, seu ex informata conscientia, solum perducunt ad denegationem Ordinis vel ad suspensionem ab officio et beneficio. «Cum honestius, ac totius sit subjecto, debitam Præpositis obedientiam impendendo, in inferiori ministerio deservire, quan cum Præpositorum scandalo graduum altiorum appetere dignitatem; ei, cui ascensus ad sacros ordines à suo Prælato, ex quacumque causa etiam ob occultum crimen, quomodolibet, etiam extrajudicialiter, fuerit interdictus; aut qui à suis ordinibus, seu gradibus, vel dignitatibus ecclesiasticis fuerit suspensus; nulla contra ipsius Prælati voluntatem concessa licentia de se promoveri faciendo; aut ad priores ordines, gradus, et dignitates, sive honores, restitutio suffragetur.» Ses. 14, c. 1, de ref.

V. Procedimientos Eclesiásticos por Cadena, t. 2.º, pág.s 304 h. 310, 325 h. 337.

EX S. CONGR. EPISCOP. ET REGULARIUM

INSTRUCTIO

PRO ECCLESIASTICIS CURIIS QUOAD MODUM PROCEDENDI ŒCONOMICE IN CAUSIS DISCIPLINARIBUS ET CRIMINALIBUS CLERICORUM.

Die 11 Junii 1880.

Sacra hæc EE. et RR. Congregatio, mature præsenti Ecclesiæ conditione perpensa, quæ pene ubique impeditur, quominus externam explicet suam actionem super materias et personas ecclesiasticas, et considerato quoque defectu mediorum aptorum pro regulari Curiarum ordinatione, constituit facultatem Ordinariis locorum expresse concedere, ut formas magis œconomicas adhibere valeant in exercitio suæ disciplinaris jurisdictionis super Clericis. Ut autem tota justitiæ ratio sarta tectaque maneat, serveturque processuum canonica regularitas et uniformitas, opportunum censuit sequentes emanare normas, à Curiis servandas.

I.

Ordinario pastorale onus incumbit disciplinam correctionemque Clericorum à se dependentium curandi, super eorumdem vitæ rationem vigilando, remediisque utendo canonicis ad præcavendas apud eosdem et eliminandas ordinis perturbationes.

II.

Ex his remediis alia præveniunt, alia reprimunt et medelam afferunt. Priora ad hoc diriguntur ut impediant quominus malum adveniat, ut scandali stimuli,

occasiones voluntariæ, causæque ad delinquendum proximæ removeantur. Altera finem habent revocandi delinquentes ut sapiant reparentque admissi criminis consequentias.

III.

Concientiæ et prudentiæ Ordinarii horum remediorum incumbit applicatio, juxta canonum præscriptiones, et casuum adjunctorumque gravitatem.

IV.

Mediis quæ præservant præcipue accensentur spiritualia exercitia, monitiones et præcepta.

V.

Has provisiones præcedere debet summaria facti cognitio quæ ab Ordinario notanda est, ut *ad ulteriora* procedere, quatenus opus sit, et certiorem reddere queat superiorem Auctoritatem, in casu legitimi recursus.

VI.

Canonicæ monitiones fiunt sive in forma paterna et secreta (etiam per epistolam aut per interpositam personam) sive in forma legali, ita tamen ut de earumdem executione constet ex aliquo actu.

VII.

Quatenus infructuosæ monitiones evadant, Ordinarius præcipit Curiæ, ut delinquenti analogum injungatur præceptum, in quo declaretur quid eidem agendum aut omittendum sit, cum respondentis pœnæ ecclesiasticæ comminatione, quam incurret in casu transgressionis.

VIII.

Præceptum intimatur prævento à Cancellario coram

Vicario Generali; sive coram duobus testibus ecclesiasticis aut laicis probatæ integritatis.

§ 1. Actus subsignatur à partibus præsentibus et à prævento quoque, si velit.

§ 2. Vicarius Generalis adjicere valet juramentum servandi secretum, quatenus id prudenter expetat tituli indoles, de quo agitur.

IX.

Quoad *pœnalia* media, animadvertant reverendissimi Ordinarii, præsenti instructione haud derogatum esse judiciorum solemnitatibus, per sacros Canones, per Apostolicas Constitutiones et alias ecclesiasticas dispositiones imperatis, quatenus eædem libere efficaciterque applicari queant; sed œconomicæ formæ cunsulere intendunt illis casibus Curiisque, in quibus solemnes processus, aut adhiberi nequeant, aut non expedire videantur. Plenam quoque vim servat suam extrajudiciale remedium *ex informata conscientia* pro criminibus occultis, quod decrevit S. Tridentina Synodus in *Sess. 14 cap. 1. de Reform.* adhibendum, cum illis regulis et reservationibus, quas constanter servavit pro dicti capitis interpretatione S. Congregatio in pluribus resolutionibus, et præcipue in *Bosnien.* et *Sirmien.* 20 Decembris 1873. (1)

X.

Quum procedi oporteat criminaliter, sive infractionis præcepti, aut criminum communium, vel legum Ecclesiæ violationis causa; processus confici potest formis summariis et absque judicii strepitu, servatis semper regulis justitiæ substantialibus.

XI.

Processus instruitur ex *officio* aut in sequelam sup-

---

(1) Habes hanc quæstionem Vol. VII. pag. 569 ephem. *Actæ Sanctæ Sedis.*

plicis libelli et querelæ, aut notitiæ, alio modo, à Curia habitæ, et ad finem perducitur eo consilio, ut omni studio atque prudentia veritas detegatur, et cognitio tum criminis, cum reitatis aut innocentiæ accusati exurgat.

XII.

Processus confectio committi potest alicui probo atque idoneo ecclesiastico, adstante Actuario.

XIII.

Unicuique Curiæ opus est Procuratore fiscali pro justitiæ et legis tutela.

XIV.

Quatenus pro intimationibus aut notificationibus, haud præsto sit opera Apparitorum Curiæ, suppletur exhibitione earumdem explenda per qualificatam personam, quæ de facto certioret; sive eas transmittendo, ope commendationis penes tabellariorum officium, illis in locis in quibus hoc invaluit systema, exposcendo fidem exhibitionis, receptionis aut repudii.

XV.

Basis facti criminosi constitui potest per expositionem in processu habitam, authenticis roboratam informationibus aut confessionibus extrajudicialibus, vel testium depositionibus, et quoad titulum transgressionis præcepti constat per novam exhibitionem decreti et actus indictionis, perfectorum modis enuntiatis. Art. VII et VIII.

XVI.

Ad retinendam in specie culpabilitatem accusati, opus est probatione legali, quæ talia continere debet elementa, ut veritatem evincat, aut saltem inducat moralem certitudinem, remoto in contrarium quovis rationabili dubio.

XVII.

Personæ, quas examinare expediat, semper audiuntur separatim.

XVIII.

Testes ad probationem, aut ad defensionem, quoties legalia obstacula haud obsistant, sub juramento audiri debent, quod extendi potest, si opus sit, ad obligationem secreti.

XIX.

Testium absentium, aut in aliena Diœcesi morantium exposcitur examen in subsidium ab Ecclesiastica loci auctoritate, eidem transmittendo prospectum facti; et Auctoritas requisita petitione respondet, servando præsentis instructionis normas.

XX.

Quoties indicentur testes ob facta aut adjuncta essentialiter utilia merito Causæ, qui examini subjici nequeant, eo quod censeatur haud convenire ut vocentur, aut quia vocati abnuant, mentio eorumdem fit in actibus, et curatur supplere eorum defectui per depositiones aliorum testium, qui de relato aut alia ratione, noverint id quod exquiritur.

XXI.

Quum collectum fuerit quid quid opus sit ad factum et accusati responsabilitatem constituenda, vocatur iste ad examen.

XXII.

In indictione, nisi prudentia id vetet, exponuntur ei per extensum accusationes adversus eum collatæ, ut parari valeat ad respondendum.

XXIII.

Quando autem ob accusationum qualitates, aut ob alia adjuncta prudens non sit in actu intimationis eas patefacere, in hac solum innuitur eundem ad examen vocari ut sese excuset in Causa, quæ ipsum respicit uti accusatum.

XXIV.

Si judicio sistere abnuat, iteratur indictio, in quo eidem præfigitur congruum peremptorium terminum, eique significatur quod si adhuc obedire renuat, habebitur ceu contumax; et pro tali in facto æstimabitur, quatenus absque probato legitimo impedimento, istam quoque posthaberet intimationem.

XXV.

Si compareat, auditur in examine; et quatenus in ductiones faciat alicujus momenti, debent istæ, quantum fieri potest, exhauriri.

XXVI.

Proceditur inde ad contestationem facti criminosi, et conclusionum habitarum, ad retinendum accusatum criminosum lapsumque in relativis pœnis canonicis.

XXVII.

Quum accusatus, tali modo, habeat plenam cognitionem ejus quod in actis extat contra se, ultra quod respondere possit, jure se defendendi à semetipso etiam uti valet.

XXXVIII.

Potest quoque, si id expetat, obtinere præfixionem termini ad exhibendam defensionem cum memoria in scriptis, præcipue quando ob dispositionem *Art. XXIII* nequiverit paratus esse ad responsa pro sua excusatione.

XXIX.

Expleto processu, actorum instructor, restrictum conficit essentialium conclusionum ejusdem.

XXX.

In die qua Causa proponitur, est in facultate accusati faciendi se repræsentare et defendere ab alio Sacerdote aut laico Patrocinatore, antea approbatis ab Ordinario.

XXXI.

Quatenus præventus constituere defensorem renuat, Ordinarius consulit constituendo aliquem ex officio.

XXXII.

Defensor caute notitiam haurit processus et restricti in Cancellaria, ut paratus sit ad defensionem peragendam; quæ ante propositionem causæ exhiberi potest in scriptis. Ipse quoque subjicitur oneri secreti jurati, quatenus Ordinario videatur indolem Causæ id expostulare.

XXXIII.

Transmittitur dein Procuratori fiscali processus et restrictus, ut munere suo *ex officio* fungatur; uterque Ordinario traditur qui plena Causæ cognitione adepta, diem constituit in qua disceptanda et resolvenda sit, curans ut accusatus certior de hoc fiat.

XXXIV.

Die constituta proponitur Causa coram Vicario generali, interessentibus Procuratore fiscali, Defensore et Cancellario.

XXXV.

Post votum Procuratoris Fisci et deductiones defen-

sionis profertur sententia, dictando dispositivam Cancellario, cum explicita mentione, in casu damnationis, canonicæ sanctionis, accusato applicatæ.

XXXVI.

Sententia indicitur prævento, qui appellationem interponere potest ad Auctoritatem Ecclesiasticam superiorem.

XXXVII.

Pro appellatione servantur normæ statutæ à Constitutione *ad militantes* s. m. Bened. XIV 30 Martij 1742, aliæque emanatæ ab hac S. Congregatione Decreto 18 Decembris 1835 (1) et Littera circulari diei 1 Augusti 1851.

---

(1) En in commodum lectorum decretum hujusmodi. Haud referimus litteram prolixam diei 1 Augusti 1835, quoniam præcipuæ ejusdem præscriptiones in præsenti Instructione relatæ nobis videntur.

Decretum pro Causis Criminalibus. Non ita pridem à s. Congregatione negotiis, et consultationibus Episcoporum et Regularium præpositæ nonnullæ regulæ præscriptæ fuerunt pro recta, et expedita definitione causarum criminalium, quæ à Curiis Episcoporum, vel Ordinariorum ad eamdem s. Congregationem in gradu appellationis deferuntur. Quas quidem præscriptiones, quoniam impedimenta sublata sunt, quæ aliqua ex parte earum executioni interposita fuerant, visum est Eminentissimis Patribus in Conventu habito xv. Calend. Januar. MDCCCXXXV. uberius explicare, et cum assensu, et approbatione S. D. N. Gregorii XVI. iterum promulgare, ut ab omnibus, ad quos pertinent, accuratissime serventur. Sunt autem quæ sequuntur.

I. Reis à Curiis Episcopalibus criminali judicio damnatis spatium dierum decem conceditur, quo ad S. Congregationem Episcoporum, et Regularium appellare possint.

II. Decem dies numerari incipient non à die, quo sententia lata est, sed à die, quo reo vel ejus defensori per Cursorem denunciata fuit.

III. Eo tempore elapso, quin reus vel ejus defensor appellaverit, latam à se sententiam Episcopus exequetur.

IV. Interposita intra decem dies appellatione Curia Epis-

XXXVIII.

Comparitio pro appellatione facienda est infra terminum decem dierum à notificatione sententiæ; quo termino inutiliter elapso, sententia ipsa in executionis statu reperitur.

XXXIX.

Interposita appellatione infra decem dies, Curia absque mora remittit ad Auctoritatem ecclesiasticam superiorem, apud quam appellatio facta est, omnes actus Causæ originales, idest processum, restrictum, defensiones et sententiam.

XL.

Auctoritas ecclesiastica superior, captà cognitione actus appellationis, intimare facit appellanti, ut infra ter-

---

copalis acta autographa totius causæ ad S. Congregationem continuo transmittat, nempe:

1. *Processum* ipsum in Curia confectum.
2. Ejus *restrictum*, seu compendiariam expositionem eorum, quæ ex eodem processu emergunt.
3. Defensiones pro reo exhibitas.
4. Denique sententiam latam.

V. Ipsa Curia reo, ejusque defensori denunciabit, appellationem coràm eadem S. Congregatione prosequendam esse.

VI. Si nemo compareat, aut si appellationis acta negligenter vel malitiose protrahantur, congruens tempus à S. Congregatione præfinietur, quo inutiliter elapso, causa deserta censeatur, et sententia Curiæ Episcopalis executioni mandetur.

VII. Reo, aut illi, qui ejus defensionem suscepit, tradendus est *restrictus* processus, qui à Judice relatore conficitur.

VIII. Allegationes, seu defensiones Eminentissimis Patribus distribuendas typis non committantur, nisi Judex relator imprimendi veniam dederit.

IX. Causa definietur stata die ab Eminentissimis Patribus in pleno Auditorio congregatis.

X. Ejusdem Congregationis Procurator Generalis Fisci, et Judex relator intererunt.

minum viginti dierum Defensorem constituat, qui approbari debet ab eadem superiori auctoritate.

XLI.

Decurso dicto termino peremptorio absque effectu, censetur appellantem nuncium misisse appellationis beneficio, et hæc consequenter perempta declaratur à superiori auctoritate.

XLII.

Quum appellatio producitur à sententia alicujus Curiæ episcopalis ad Metropolitanam, Archiepiscopus pro cognitione et decisione Causæ sequitur normam procedendi in hac instructione traditam.

XI. Judex relator de toto statu causæ ad Eminentissimos Patres refert, et Procurator Generalis Fisci stabit pro Curia Episcopali, suasque conclusiones explanabit.

XII. Post hæc Eminentissimi Patres judicium proferent, sententiam Curiæ Episcopalis aut confirmando, aut infirmando aut etiam reformando.

XIII. Prolata Sententia una cum omnibus Actis causæ ad eadem Curiam Episcopalem remittitur, ut eam exequatur.

XIV. *Revisio*, seu recognitio rei judicatæ non conceditur, nisi ejus tribuendæ potestas à Sanctitate Sua facta fuerit, et subsint gravissimæ causæ, super quibus cognitio, et judicium ad plenam Congregationem pertinent.

XV. Sciant denique Curiæ Episcopales per novissimas leges, quæ ad investiganda, et coœrcenda crimina pro Tribunalibus laicis promulgatæ sunt, nihil detractum esse de formis. et regulis Canonicis, quas proinde sequi omnino debent, non modo in conficiendo processu, ad quem spectant hæc verba Edicti die 5 Novembris 1831. —*Nihil innovetur, quantum ad judicia ecclesiastica pertinet*—verum etiam in pœnis decernendis, quemadmodum in appendice ejusdem Edicti ita cautum est—*Tribunalia jurisdictionis mixtæ Clericos, et Personas ecclesiasticas iis pœnis mulctabunt, quas secundum Canones, et Constitutiones Apostolicas Tribunal Ecclesiasticum iisdem irrogaret.*—

J. A. CARD. SALA PRÆFECTUS.

I. Patriarcha Constantinopolitanus Secr.

XLIII.

Si contingat quod Clericus, non obstante fori privilegio, ob crimina communia subjiciatur processui et judicio laicæ potestatis, Ordinarius, hoc in casu, summariam sumit criminosi facti cognitionem, atque perpendit an ipsum, ad tradita per sacros canones, locum faciat infamiæ, irregularitati, aut alii ecclesiasticæ sanctioni.

§. 1. Donec judicium pendeat, aut accusatus detentus sit, prudens est quod Ordinarius sese limitet ad media previsoria.

§. 2. Expleto tamen judicio, et libero reddito accusato, Curia juxta exitum informationum ceu superius assumptarum, procedit ad tramites dispositionum præsentis instructionis.

XLIV.

In casibus dubiis, et in variis practicis difficultatibus, quæ contingere possint, Ordinarii consulant hanc S. Congregat., ad vitandas contentiones et nullitates.

Ex Aud. SSmi. diei 11 Junii 1880.

SSmus. Dnus. Noster LEO div. prov. PP. XIII, audita relatione præsentis Instructionis ab infrascrito Sacr. Congreg. Episcopor. et Regularium Secretario, eam in omnibus approbare et confirmare dignatus est.

Romæ die et anno quibus supra.

I. CARD. FERRIERI PRÆF.

I. B. AGNOZZI *Secretarius.*

NUM. 24.

CAUSÆ MATRIMONIALES.—CAUSÆ NULLITATIS PROFESSIONIS RELIGIOSÆ.

I.

Matrimonium est contractus, non mere civilis, sed naturalis, divino jure institutus ante civilem societatem.

Si aliquando dicitur contractus civilis, hoc late et ratione effectuum intelligendum est.

Effectus civiles, utpote extrinseci matrimonio, ejus essentiam non ingrediuntur; sed profluunt postquam rite perfectum est.

Igitum matrimonium à lege naturali est, et postea per Jesum Christum fuit elevatum ad dignitatem sacramenti.

Primarius matrimonii finis est mutuum auxilium; secundarius, generatio.

Præcipuæ differentiæ inter matrimonium et alios contractus hæ sunt: 1.ª matrimonium est à jure naturali et divino positivo; cæteri, à jure gentium vel speciali cujusque nationis: 2.ª matrimonialis consensus natura sua est liber ab alieno imperio, neque ulla potestate humana suppleri potest; in cæteris contractibus publica potestas aliquando cives cogit, vel eorum consensum supplet: 3.ª matrimonium, simulato animo initum, nullum est ex omni parte; quod nequit dici de cæteris contractibus: 4.ª matrimonii validitas à naturali, divina positiva, et ecclesiastica lege pendet; cæterorum, à lege civili: 5.ª matrimonium est quid sacrum, etiam inter infideles; non quod sit sacramentum, sed ratione originis, vel etiam significationis, qua à Deo institutum fuit ad significandam unionem Christi et Ecclesiæ, ut dicitur ad Corinthios, quod non competit cæteris contractibus.

Quod essentialiter est matrimonium inter fideles, hoc ipsum est sacramentum.

Circa processum efformandum in dissolutione matri-

monii rati per professionem religiosam, et in dissolutione sponsalium, vid. Procedimientos Eclesiásticos por Cadena, 2.°, 232, 233, 234.

De divortio more canonico agit Auctor in lib. 2.

In causis matrimonialibus, in quibus agitur de validitate aut nullitate matrimonii, 1.° judex est Ordinarius; 2.° ut resultet nullitas matrimonii requiruntur duæ sententiæ conformes; 3.° sententiæ pro nullitate nunquam transeunt in auctoritatem rei judicatæ; 4.° datur validitatis matrimonii defensor, qui ex officio appellat quandominus contra priman sententiam declarantem nullitatem matrimonii; 5.° possunt testificari individua ejusdem familiæ ac conjuges.

Ex Bulla Benedicti XIV *Dei miseratione*, 3 Novembris 1741, hæc desumimus: «Mandamos, dice, en primer lugar que todos y cada uno de los Ordinarios nombren en sus respectivas diócesis una persona idónea, á ser posible del estado eclesiástico, adornada de la ciencia del Derecho juntamente con la honradez de su conducta, la que se llamará defensor de matrimonios... Será propio del citado defensor comparecer siempre que se ventilasen ante juez competente las causas matrimoniales sobre la *validez* ó *nulidad*, y deberá ser citado en todos los actos judiciales, asistir al exámen de testigos, defender de palabra y por escrito la *validez* del matrimonio, y deducir todo lo que estimáre conducente para sostenerla. Y finalmente, la persona del indicado defensor debe respetarse como parte indispensable para la *validez* é *integridad* del juicio; debe intervenir siempre en él, bien sea uno solo de los cónyuges el que demande intentando la nulidad, bien sean los dos; uno por la nulidad y otro para la validez... Todo lo que se actuare en juicio sin citar ni emplazar al defensor de matrimonios, lo declaramos nulo, írrito y casado, y queremos sea tenido como nulo, casado é írrito, como si no hubiese sido citada y emplazada la persona interesada, la que según lo dispuesto por las leyes y Cánones fuese necesario citar y emplazar para la legítima validez del juicio...»

«Si el juez fallase por la validez del matrimonio, y no apelase la parte contraria, también deberá el defensor abstenerse de apelar; y hará lo mismo cuando el juez de la segunda instancia fallare por la validez, después de haber fallado por la nulidad del matrimonio el de la primera. Pero si fallase contra la validez, el defensor tendrá obligación de interponer la apelación dentro del término legal adhiriéndose á la parte qne defendía la validez. Si en el juicio no hay quien defienda la validez, ó aún cuando haya, pronunciada la sentencia contra él, desistiese del litigio, entonces el defensor deberá de oficio interponer la apelación.... Llevada por la apelación la causa en segunda instancia, deberán observarse en ella exacta y diligentemente las mismas prescripciones que se han dicho para la primera instancia, citándose para todos los actos judiciales al defensor del matrimonio, quien deberá defender con empeño y con todas sus fuerzas la validez de palabra y por escrito.»

«Ordenado así el juicio, si la segunda instancia fuese conforme á la primera, es decir, si en la segunda igualmente que en la primera se hubiese declarado nulo é irrito el matrimonio, y ni la parte ni el defensor creyesen en conciencia que podia interponerse apelación, podrán las partes contraer segundas nupcias... salvo siempre el derecho de las causas matrimoniales, las cuales nunca pasan al estado de cosa juzgada por el discurso del tiempo, sino que si se descubre con el tiempo algo que no fué deducido ó se ignoraba, pueden proseguirse y ventilarse de nuevo. Mas si la parte apelare de la segunda sentencia pronunciada en favor de la nulidad, ó aunque no apelare, fuese tal la sentencia, que el defensor creyese en conciencia que no debia conformarse con ella, ya porque le parece manifiestamente injusta ó inválida, ya porque fué dada en tercera instancia, y es revocatoria de la sentencia anterior pronunciada en la segunda instancia en favor de la validez, queremos que, quedando en su vigor la prohibición de contraer segundas nupcias, se ventile la

causa en tercera y cuarta instancia, observando el mismo método que en la primera y segunda instancia, es decir, citando y oyendo al defensor.»

Validitatis matrimonii defensoris interventio necessaria est non solum in substantia sed in accidentibus causæ; atque etiam prædictus Bened. XIV processus servandus est, quamvis matrimonii nullitas clara sit ante causam. Quæ quidem constant ex variis Congr. declarationibus.

Prædicta Benedicti XIV Bulla promulgata fuit in terris Indiarum. Real Cédula de 21 de Julio de 1766: «Con la calidad de que en el punto de apelaciones de las sentencias que se pronunciaren en las causas de que se trata, se observe indispensablemente lo dispuesto por punto general para todas las eclesiásticas, que ocurriesen en los mismos dominios de Indias, por Breve del Sumo Pontífice Gregorio XIII, que refiere la ley última, tit. 9, lib. 1.° de la Recopilación de aquellos dominios.»

Quando causa matrimonialis Romæ judicanda est, Cardinalis Vicarius, quoad causas matrimoniales sibi in prima instantia subjectas, idem peragit ac quilibet Episcopus in diœcesi propria. Cæteræ causæ matrimoniales, quæ ex consensu partium in prima instantia, sive omisso tribunali medio per appellationem in secunda, sive in tertia instantia, ad Sedem Apostolicam deferuntur, committi solent vel Auditorio Palatii, vel alicui Sacræ Congregationi, et præcipue Congregationi Concilii: his in casibus defensor matrimonii constituitur vel à decano tribunalis Auditorii Palatii, vel à Congregationis Præfecto.

Celebración de matrimonios ilegales.—Código penal, artículos 471 á 481.

Causæ matrimoniales, sicuti et divortii causæ, mixti fori sunt, ita ut earum effectus civiles ad forum laicale hodie transmittantur. Código Civil, art.^{s} 67 h. 75; 101 h. 108.—Depósitos de personas. Ley de Enj. Civ., art. 1863 h. 1902.

DUBIA CIRCA PROBATIONEM
OBITUS PRIORIS CONJUGIS.

I. An si agatur de matrimonio *contrahendo*, nunquam ferri debeat sententia, qua declaretur satis constare de obitu personæ, de cujus existentia inquiritur, ex famæ adminiculis, præsumptionibus, citationibus per ephemerides diœcesanas, etc.?

II. An verba: «donec de morte prioris conjugis *certo* constet,» ita intelligenda sint, ut certitudinem adstruat tantum documentum, certus nuntius, testis, exclusis præsumptionibus et aliis de jure adminiculis, juxta arbitrium judicis sufficientibus?

III. Si ad primum affirmative, quæritur insuper utrum necessario duæ sententiæ consentaneæ mortem conjugis declarantes à duobus tribunalibus sint extrahendæ, an sufficiat una sententia, quasi supplens documentum de statu libero partis?

Feria IV, die 6 Maji 1891.

In Congregatione generali S. Rom. et Un. Inquisitionis, proposita suprascripta instantia, præhabitoque Reverendissimorum DD. Consultorum voto, Eminentissimi ac Reverendissimi Domini Cardinales in rebus fidei et morum Inquisitores respondendum mandarunt:

Ad I et II: *De morte prioris conjugis certo constari posse etiam ex præsumptionibus, indiciis, et adminiculis aliisque probationibus, quæ de jure communi admittuntur, dummodo legitimæ sint ac sufficientes, juxta ea quæ habentur n. 6 Instructionis Supremæ hujus Congregationis S. Officii Ad probandam obitum conjugis.*

Ad III. *Negative ad primam partem; affirmative ad secundum, nisi forte aliquis ex interesse habentibus apellationem interposuerit.*

Sequenti vero feria VI die 8 mensis dicti, SSmus. D. N. Leo XIII, in audientia R. P. D. Adsessori S. O.

impertita, relatam sibi Eminentissimorum Patrum Cardinalium resolutionem benigne approbare dignatus est.

I. Mancini S. R. et U. I. Not.

II.

In causis nullitatis professionis religiosæ hæc omnia ad apices juris servanda sunt.

1.° Petente religioso vel religiosa professionis nullitatem intra quinquennium à die professionis, causa judicanda est à superiore regulari cum Ordinario.

2.° Si Ordinarius et superior regularis dissentiunt in judicando, causa remanet ipso facto Sedi Apostolicæ reservata.

3.° Deputandus est ab Ordinario defensor professionum, ad instar defensoris matrimonii.

4.° Si datur sententia pro validitate professionis, et non appellatur, standum est sententiæ.

5.° Si datur sententia pro nullitate professionis, et professus non appellat, fiet appellatio à defensore professionis ad Metropolytanum, vel ad eum cui competat secunda instantia, et ad alium superiorem regularem ejusdem Ordinis in civitate aut diœcesi prædicti Ordinarii secundæ instantiæ existentem, vel tali monasterio non extante ad superiorem vicinioris monasterii.

6.° Nequit monasterium deserere regularis, nisi dentur duæ sententiæ pro votorum nullitate, et à secunda non fuerit appellatum.

7.° Si causa perducitur ad Sedem Apostolicam, et Sacræ Congregationi Concilii vel Episcoporum et Regularium vel Romanæ Rotæ committatur, regularis superior tanquam judex non admittitur.

Concilium Trid., ses. 25, cap. 19, De Regularibus et Monialibus, hæc decrevit: «Quicumque regularis prætendat, se per vim, et metum ingressum esse religionem; aut etiam dicat, ante ætatem debitam professum fuisse; aut quid simile; velitque habitum dimittere qua-

cumque de causa; aut etiam cum habitu discedere sine licentia superiorum; non audiatur, nisi intra quinquennium tantum à die professionis, et tunc non aliter, nisi causas, quas prætenderit, deduxerit coram superiori suo, et ordinario (Conc. Arelat. I. c. ult. et Arelat. II. 25.) Quod si antea habitum sponte dimiserit; nullatenus ad allegandum quacumque causam admittatur, sed ad monasterium redire cogatur, et tamquam apostata puniatur: interim vero nullo privilegio suæ religionis juvetur.»

Attentis præcedentis decreti verbis, quinquennio elapso, nulla actio nullitatis admitti deberet. Ita olim servatum est; et ita servandum præscripsit Gregorius XIII, decreto diei 5 Martii 1598, declarans: «eos qui per vim et metum se religionem professos prætenderent, nisi intra quinquennium reclamaverint, eo elapso non esse audiendos, tametsi allegarent vim et metum semper durase.»

Attamen postea inductum est, ut in hoc casu concederetur *restitutio in integrum,* ita ut posset admitti et judicari causa, quamvis actio nullitatis proponeretur post elapsum quinquennium. Bulla «Si datum hominibus» Benedicti XIV.

Talis restitutio solum concedi potest à Sede Apostolica; quæ præteritis temporibus indulgere solebat, visa ratione à reclamante exposita, ut de professionis nullitate coram judicibus competentibus actio promoveretur. Sed hodie, facta ad Sedem Apostolicam petitione restitutionis in integrum, remittitur ad aliquam romanam Congregationem seu Tribunal; Sacra Congregatio ordinario et superiori regulari expendendum committit dubium, *an concedenda sit restitutio in integrum;* in hujus dubii solutione accurate debent procedere ac si super validitate vel nullitate professionis sententiam laturi essent; et si pronuntiatur concedendam videri restitutionem in integrum, Sacra Congregatio ipsis committit de nullitate professionis judicium.

Praxis prædicta sancita et determinata fuit à Benedicto XIV in hunc modum: «Accuratum hujusmodi

examen causarum restitutionis in integrum, apud romanæ curiæ judicis in more positum, non modo non immutare intendimus, verum etiam approbatione nostra singulis ad quos pertinet magnopere commendatum, ab ipsis in posterum observari volumus ac jubemus; hoc tamen addito, ut in commissionibus, quæ diriguntur superioribus regularibus et Ordinariis locorum, pro conficiendis processibus, iisdem sub pœna nullitatis actuum injungatur, ut in omnibus procedere debeant cum interventu defensoris professionis: ad quem nimirum pertinebit interrogatoria dare, juxta quæ examinari debebunt testes, aliaque ad officium sibi impositum pertinentia diligentissime præstare. Item volumus, ut in ipsa propositione dubii super concessione restitutionis in integrum, tam in præfatis cardinalium congregationibus concilii Tridentini interpretationi, et Episcoporum et regularium consultationibus præpositis, quam in Auditorio Rotæ, aut in quacumque congregatione particulariter forsan deputata, sub simili nullitatis pœna, defensor professionis, ab eo qui tribunalis caput est, deputatus, expensis eorum de quibus supra, semper et in omnibus actibus in judicio stare debeat: neque solum in prima hujusmodi dubii propositione, sed etiam in ulterioribus, quatenus reclamans in prima rejectus, ad novam audientiam admittatur. Denique ut pro fruendo beneficio restitutionis in integrum, unica favorabilis resolutio nequaquam sufficiat, nisi ea per secundam conformen, iterato causæ examine, auditoque semper defensore professionis confirmata fuerit: quemadmodum in altera constitutione nostra, de causis super nullitate matrimonii constituimus.» (Bulla Si datum.)

Ex quibus patet, in qualibet causa nullitatis professionis, proposita post quinquennium, duplicem et omnino similem efformandum esse processum: priorem, pro solvendo dubio *an concedenda sit restitutio in integrum,* posteriorem, ad pronuntiandum de nullitate vel validitate professionis.

Vid. Procedimientos Eclesiásticos por Cadena, 2.°, pág.s 227 h. 246.

NUM. 25.

DELICTIA COMMUNIA.

De delictis agit Auctor. lib. 4.

APOSTASIA.

Potest esse: à fide, quæ appellatur perfidia, ab ordine, et à monachatu.

Prima, omnium gravissima est.

Et videtur quod non requirat terminum ad quem, sed quod sufficiat terminus à quo.

Ad hanc classem pertinent qui fidem amplexati sunt, et postea omnem religionem vel auctoritatem religiosam rejiciunt; vel pantheismum, rationalismum, materialismum aut deismum profitentur.

Qui religionem rejicit ore tantum, non vero corde, non apostata sed lapsus à Sto. Cipriano et passim dicitur.

In hac re semper ante oculos habenda est diffirentia inter dogma et doctrinam.

Apostasia Ordinis solum refertur ad Ordines majores.

Regulares, quoad rem, possunt dici ejecti, fugitivi, vel apostatæ; de his tantum in casu agitur; et sunt qui vitam monasticam solemniter professam abjiciunt, cum animo ad regulare institutum non redeundi.

HÆRESIS.

Revelatio continetur vel in Sacra Scriptura vel in traditione.

Ad fidem aliquid pertinet directe vel indirecte. «Ad fidem pertinet aliquid dupliciter. Uno modo directe; sicut ea quæ nobis sunt principaliter divinitus tradita, ut Deum esse trinum et unum; Filium Dei esse incarnatum; et hujusmodi. Et circa hæc opinari falsum, hoc ipso inducit hæresim, maxime si pertinacia adjungatur.

Indirecte vero ad fidem pertinent ea ex quibus negatis consequitur aliquid contrarium fidei; sicut si quis diceret Samuelem non fuisse filium Helcanæ, ex hoc enim sequitur, Scripturam divinam esse falsam. Circa hujusmodi ergo absque periculo hæresis aliquis falsum potest opinari, antequam consideretur vel determinatum sit quod ex hoc sequitur aliquid contrarium fidei; et maxime, si non pertinaciter adhæreat Sed postquam manifestum est, et præcipue si sit per Ecclesiam determinatum, quod ex hoc sequitur aliquid contrarium fidei, in hoc errare non esset absque hæresi. Et propter hoc multa nunc reputantur hæretica, quæ prius non reputabantur, propter hoc quod nunc est magis manifestum quid ex eis sequatur.» S. Thom. 1.ª p., q. 32, 4.°

In hæresi non requiritur terminus ad quem.

Jansenistæ et dissidentes hæretici sunt.

Ignorantia, quamvis culpabilis, si non est affectata, ab hæresi excusat.

Pertinax dubius in fide, infidelis est.

Super Indicis regulis: (Vid. Salazar, 1.° 381).

De disputationibus circa fidem hæc habet S. Thomas 1.ª p., q. 32., 1.°: «Cum enim aliquis ad probandam fidem inducit rationes quæ non sunt cogentes, cedit in irrisionem infidelium. Credunt enim quod hujusmodi rationibus innitamur, et propter eas credamus.— Quæ igitur fidei sunt, non sunt tentanda probari nisi per auctoritates his qui auctoritates suscipiunt. Apud alios vero sufficit defendere non esse impossibile quod prædicat fides (Unde Dionysius dicit (De div. nom. cap. 2): «Si aliquis est qui totaliter eloquiis resistit, longe erit à nostra philosophia. Si autem ad veritatem eloquiorum, scilicet sacrorum, respicit, hoc et nos canone utimur.»

CONTRA RELIGIONEM.

Super abusu adducendi verba S. Scripturæ:... «Post hæc, temeritatem illam reprimere volens, (Synodus) qua ad profana quæque convertuntur, et torquentur verba,

et sententiæ sacræ Scripturæ, ad scurrilia scilicet fabulosa, vana, adulationes, detractiones, superstitiones, impias, et diabolicas incantationes, divinationes, sortes, libellos etiam famosos: mandat, et præcipit ad tollendam hujusmodi irreverentiam, et contemptum, ne de cætero quisquam quomodolibet verba Scripturæ sacræ ad hæc, et similia audeat usurpare, ut omnes hujus generis homines temeratores, et violatores verbi Dei juris, et arbitrii pœnis per Episcopos coerceantur.» Ses. 4.ª

De libris super rebus sacris vel religiosis.... «Nullique liceat imprimere, vel imprimi facere quosvis libros de rebus sacris sine nomine auctoris; neque illos in futurum vendere, aut etiam apud se retinere, nisi primum examinati, probatique fuerint ab Ordinario; sub pœna anathematis, et pecuniæ in canone concilii novissimi Lateranensis apposita (Later, sub Leone X.) Et, si regulares fuerint, ultra examinationem et probationem hujusmodi, licentiam quoque à suis Superioribus impetrare teneantur recognitis per eos libris, juxta formam suarum ordinationum. Qui autem scripto eos communicant, vel evulgant, nisi antea examinati probatique fuerint, eisdem pœnis subjaceant, quibus impressores. Et qui eos habuerint, vel legerint, nisi prodiderint auctores, pro auctoribus habeantur. Ipsa vero hujusmodi librorum probatio in scriptis detur; atque ideo in fronte libri, vel scripti vel impressi, authentice appareat: itque totum, hoc est, et probatio et examen, gratis fiat: ut probanda probentur, et reprobentur improbanda.» Ibid.

Super librorum censura videatur Bulla «Sollicita ac provida» Benedicti XIV.

CONTRA ECCLESIAM.

Est delictum contra Ecclesiam defraudare pia legata; simulque resultat iniquum pias fidelium voluntates commutare, nisi ex juxta et necessaria causa, et Apostolicæ Sedis auctoritate. C. 6.° de ref., ses. 22.

Episcopi exequantur pias omnes dispositiones, et pia

loca visitent exceptis quæ sub immediata Regum protectione sunt: «Eleemosynas montis pietatis, sive charitatis, et pia loca omnia, quomodocumque nuncupentur, etiamsi prædictorum locorum cura ad laicos pertineat, atque eadem pia loca exemptionis privilegio sint munita: ac omnia, quæ ad Dei cultum, aut animarum salutem, seu pauperes sustentandos instituta sunt; ipsi (Episcopi) ex officio suo, juxta sacrorum canonum statuta cognoscant, et exequantur: non obstantibus quacumque consuetudine, etiam immemorabili, privilegio, aut statuto.» Cap. 8, ses. 22, de reform.

Bona pia occupantes, puniuntur juxta seqüentia: «Si quem clericorum, et laicorum, quacumque is dignitate, etiam Imperiali, aut Regali præfulgeat, intantum malorum omnium radix cupiditas occupaverit, ut alicujus ecclesiæ, seu cujusvis sæcularis, vel regularis beneficii, montium pietatis, aliorumque priorum locorum jurisdictiones, bona, census, ac jura, etiam feudalia, et emphyteutica, fructus, emolumenta, seu quascumque obventiones, quæ in ministrorum, et pauperum necessitates converti debent, per se, vel alios vi, vel timore incusso, seu etiam per suppositas personas clericorum, aut laicorum, seu quacumque arte, aut quocumque quæsito colore, in proprios usus convertere, illosque usurpare præsumpserit, seu impedire, ne ab iis, ad quos jure pertinent, percipiantur; is anathemati tamdiu subjaceat, quamdiu jurisdictiones, bona, res, jura, fructus, et redditus, quos occupaverit, vel qui ad eum quomodocumque, etiam ex donatione suppositæ personæ, pervenerint, ecclesiæ, ejusque administratori, sive beneficiato integre restituerit; ac deinde à Romano Pontifice absolutionem obtinuerit. Quod si ejusdem ecclesiæ patronus fuerit; etiam jure patronatus, ultra prædictas pœnas, eo ipso privatus existat. Clericus vero, qui nefandæ fraudis, et usurpationis hujusmodi fabricator, seu consentiens fuerit, eisdem pœnis subjaceat; necnon quibuscumque beneficiis privatus sit, et ad quæcumque alia beneficia inhabilis efficiatur; et à suorum ordinum executione, etiam post integram satisfactio-

nem, et absolutionem, sui Ordinarii arbitrio suspendatur.» Cap. 11 de reform. ses. 22.

CONTRA JUSTITIAM.

Ut clavis hujusce sectionis, sumantur hæc verba: «Nocumentum alicui inferre non licet, nisi per modum pœnæ, propter justitiam. Nullus autem juste punit aliquem, nisi sit ejus jurisdictioni subjectus.» 2.ª 2.æ, q. 63, 2.

Injuria et calumnia apud omnes distinguuntur: prima rem ignominiosam, non vero criminalem, imputat ore vel re; secunda vero crimen tribuit. Præterea calumniator infectum quod factum erat reddere tenetur, damna irrogata reparando; et si de calumnia convincitur, ad retractationem publicam obligatur, ut restauretur aliena fama, quod antiquitus dicebatur canere palinodiam.

De usuris agit Auctor. lib. 4.°, tit. 16.

Usurarum quæstio ad Theologiam moralem pertinet. Attamen non possumus prætermittere errorem illorum, qui credunt hanc quæstionem posse occludi totaliter jure positivo, humano; et fidelium conscientiam, rectam, securam et limpidam permanere sub unica protectione et claritate prætii vel premii legalis, ab auctoritate civili taxati. Audiatur S. Thomas, De Malo, q. 13, art. 4: «Utrum mutuare ad usuram sit peccatum mortale...

«Videtur quod non. Nullum enim peccatum mortale est concessum in lege divina. Sed dare mutuum ad usuram est concessum in lege divina; dicitur enim Deut., XXIII, 19: *Non fenerabis fratri tuo ad usuram pecuniam nec fruges, nec quamlibet atiam rem, sed alieno.* Ergo dare mutuum ad usuram non est peccatum mortale.

«6. Præterea, jus positivum à jure naturali derivatur, ut Tullius dicit in sua Rhetorica (lib. II de Inventione ante finem libri). Sed jus civile permittit usuras. Ergo non est contra jus naturale dare mutuum ad usuras. Ergo non est peccatum.

«12 Præterea, illud ad quod homo se obligat, licite potest ab eo exigi. Sed ille qui dat usuram, ad hoc se obligavit quando mutuum accepit. Ergo licite usurarius potest exigere.

«20. Præterea, majus peccatum videtur esse furtum quam dare pecuniam mutuo ad usuram; quia illud est omnino involuntarium, hoc autem est aliquo modo voluntarium ex parte ejus cujus pecunia accipitur. Sed furtum aliquando potest esse licitum, sicut patet de filiis Israel qui acceperunt ab Ægyptiis mutuo vasa quæ non reddiderunt, ut dicitur Exod., XII. Ergo multo magis mutuare pecuniam ad usuram, potest esse sine perccato.

«Respondeo dicendum, quod dare pecuniam mutuo ad usuram est peccatum mortale. Nec ideo est peccatum quia est prohibitum, sed potius ideo est prohibitum, quia est secundum se peccatum; est enim contra justitiam naturalem. Et hoc patet, si quis recte consideret usuræ rationem. Dicitur enim usura ab usu, eo scilicet quod pro usu pecuniæ pretium quoddam accipitur, quasi ipse usus pecuniæ mutuatæ vendatur. Est autem considerandum quod diversarum rerum diversus est usus. Quædam enim sunt quarum usus est consumptio substantiæ ipsarum rerum, sicut proprius usus vini est ut bibatur, et in hoc consumitur vini substantia: et similiter proprius usus tritici aut panis est ut comedatur, quod est consumptio ipsius tritici vel panis, ita etiam proprius usus pecuniæ est ut expendatur pro commutatione aliarum rerum. Sunt enim inventa numismata commutationis gratia, ut Philosophus dicit (in VII Politic., Cap. V et VII). Quædam vero res sunt quarum usus non est consumptio substantiæ ipsarum, sicut usus domus est inhabitatio, non est autem de ratione inhabitationis, quod domus diruatur; si autem contingat quod domus in habitando in aliquo melioretur vel deterioretur, hoc est per accidens; et idem est dicendum de equo et veste, et aliis hujusmodi. Quia ergo hujusmodi res non consumuntur per usum per se loquendo, ideo

seorsum potest concedi aut vendi aut res ipsa aut usus, vel simul utrumque; potest enim aliquis vendere domum, retinendo sibi usum domus ad tempus; et similiter potest aliquis vendere usum domus retinendo sibi proprietatem et dominium domus. Sed in illis rebus quarum usus est consumptio, non est aliud usus rei quam ipsa res: unde cuicumque conceditur usus talium rerum, conceditur etiam et ipsarum rerum dominium, et è converso. Cum ergo aliquis pecuniam mutuat sub hoc pacto quod restituatur sibi pecunia integra, et ulterius pro usu pecuniæ vult certum pretium habere, manifestum est quod vendit seorsum usum pecuniæ, et ipsam pecuniæ substantiam. Usus autem pecuniæ, ut dictum est, non est aliud quam ejus substantia: unde vel vendit id quod non est vel vendit idem bis, ipsam scilicet pecuniam, cujus usus est consumptio ejus: et hoc est manifeste contra rationem justitiæ naturalis. Unde mutuare pecuniam pro usura, est secundum se peccatum mortale: et eadem ratio est de omnibus aliis rebus quarum substantia per usum consumitur; sicut patet in vino, tritico, et aliis hujusmodi.

«Ad primum ergo dicendum, quod accipere ad usuram ab extraneis, non fuit concessum Judæis quasi licitum, sed permissum, ut scilicet pro hoc non punirentur pœna temporali. Cujus quidem permissionis fuit ratio, quia proni erant ad avaritiam: unde permissum fuit eis minus malum, scilicet accipere usuras à Judæis Deum colentibus. Sed postmodum per Prophetas admoniti sunt ut totaliter ab usuris abstinerent, ut patent per auctoritates in contrarium, inductas, in arg. *Sed contra.*

«Ad sextum dicendum, quod jus positivum principaliter intendit bonum commune multitudinis. Contingit autem quandoque quod si impediatur aliquod malum, provenit maximum detrimentum communitati: et ideo quandoque jus positivum permittit aliquid dispensative, non quia sit justum id fieri, sed ne communitas majus incommodum patiatur; sicut etiam Deus aliqua permittit mala fieri in mundo, ne impediantur bona quæ ex his malis ipse elicere novit. Et hoc modo jus positivum per-

misit usuras propter multas commoditates quas interdum aliqui consecuntur ex pecunia mutuata, licet sub usuris.

«Ad duodecimum dicendum, quod quando obligatio est licita, licite potest exigi ab homine id ad quod se obligavit; sed ipsa obligatio usuraria est naturaliter injusta: unde non potest usurarius licite exigere id ad quod alium illicite obligavit.

«Ad vigesimum dicendum, quod hoc quod filii Israel vasa mutuo acepta asportaverunt, non fuit furtum, quia res illæ in eorum dominium transierunt auctoritate ejus qui est Dominus omnium.»

Audiatur denique idem S. Thom. 2.ª 2.æ, q. 78, 1.°, ad 3: «Leges humanæ dimittunt aliqua peccata impunita, propter conditiones hominum imperfectorum, in quibus multæ utilitates impedirentur, si omnia peccata districte prohiberentur pœnis adhibitis. Et ideo usuras lex humana concessit, non quasi existimans eas esse secundum justitiam, sed ne impedirentur utilitates multorum. Unde in ipso jure civili (Constit. lib. II, tit. 4, De usufructu, §. *Constituitur)* dicitur quod «res quæ usu consumuntur, neque ratione naturali, neque civili, recipiunt usumfructum;» et quod «senatus non fecit earum rerum usumfructum (nec enim poterat), sed quasi usumfructum constituit,» concedens scilicet usuras. Et Philosophus naturali ratione ductus dicit. (Polit. lib. I, cap. 7, parum ante med.), quod «usuraria acquisitio pecuniarum est maxime præter naturam.»

In Hispania ab anno 1855 in tribunalibus civilibus non admittitur usuræ exceptio; unde in foro usura desiit esse illicita, antiquis abolitis legibus.

Denique, qui perfecte noscere velit contradictiones, insufficientiam et levitatem moralem prætii vel præmii legalis pro solutione adæquata hujusce quæstionis, iterum atque iterum legat in *Código Civil* artículos 548, 549, 551, 552, 560, 569; 434, 442, 445, 448, 464; 502, 505, 511, 512, 517, usque ad 521, 537, 540, 546; 603, 606, 609, usque ad 618; 800; 1101, usque ad 1115, 1173; 1838, 1868, 1871; 1295; 1305, usque ad 1315; 1501, 1534; 1756, 1757; 1896, 1897;

1915, 1916; 1930 usque ad 1976; qui omnes referuntur magis vel minus ad hanc quæstionem.

De opii commercio, usu et abusu, videatur sequens Instructio ad Vicarios Apostolicos in Imperio Sinarum et finitimis regnis atque provinciis, 29 Decembris 1891; ex qua constat opii culturam et commercium non esse intrinsece mala seu illicita per se, possunt enim deservire medicinæ; sed in quibusdam regionibus ob graves abusus fiunt obnoxia corpori et animæ, ac proinde resultant illicita per accidens.

«Ex iis quæ pluries S. Congregationi de Propaganda Fide à Vicariis apostolicis Sinensium regionum nuntiata sunt, innotuit nonnullas quæstiones inter evangelicos operarios, qui ibidem christiano nomini dilatando insudant, incidisse in interpretandis S. Sedis decretis de opii cultura, commercio atque usu. Ad hujusmodi opinionum discripantiæ finem imponendum, re diu matureque perpensa, placuit Emis. PP. una mecum Generalibus Inquisitoribus, approbante SSmo. D. N Leone PP. XIII. ut super iis præsens instructio conderetur, quæ norma esset memoratis apostolicis Vicariis.

1. Ex responsis huc usque datis, si probe intelligantur, liquido patet: nunquam S. Sedem improbasse eam opii culturam, commercium et usum quæ medicinæ inservirent.

2. Patet etiam Sacrarum Congregationum decretis tum quæ de usu permittendo aut tolerando, tum quæ de abusu reprobando lata sunt, non absolutam sed relativam vim inesse. Respiciunt scilicet ea quæ proponebantur; non sunt proinde inter se indiscriminatim commiscenda, sed ad casus singulos cum suis peculiaribus circumstantiis referri debent. Quod si fiet, facile comperietur ea sibi perpetuo constare. Neque ullam difficultatem facessere poterit quod in actis S. Sedis aliquando opii usus, aliquando abusus nominatur; nam usus qui improbatur, ceu verus abusus habendus est.

3. Quum itaque S. Congregatio christiano nomine propagando jam mentem suam circa abusum, de quo agitur, aperuisset, anno 1830 «ad removenda dubia

et animi perplexitates que oriri possunt in casibus particularibus», instructionem exarandam censuit, qua in re tanti momenti habendam esse voluit *magnam rationem tum civilis legis opii commercium vetantis*, tum *gravissimorum malorum*, *quæ ex opii abusu* in illis regionibus *dimanare consueverunt.*

Quam instructionem anno 1848 Vicariis Apostolicis Yunnanensi ac Malacensi trasmittendam decrevit, addens, *attento damno generali*, omnem curam adhibendam esse *ad opii usum extripandum.* Ubi vocabulum *usus*, ut quisque facile intelligit, proprie abusum significare dicendum est. Non enim de eo usu agebatur, ad quem opium à natura comparatum est, sed de eo, qui inter Sinenses obtinet, quique in eo est situs, ut opium dentibus mandat, vel alcoholicis potionibus immixtum ebibant, vel fumo hauriant.

4. Idcirco Suprema hæc Congregatio anno 1852 declaravit quidem generatim illicitum commercium et usum opii, sed pruot exponebatur, jussitque Vicarios Apostolicos, ut omnem curam adhiberent ad usum et commercium illud radicitus evellendum. Neque ab hoc decreto recedere censuit anno 1858, quamquam à Vicariis Apostolicis Xensiensi et Hunnanensi relatum fuisset, civilem legem, opium vetantem, non amplius existere.

5. Neque ab hac prohibitione recessisse putanda est, licet nonnullis secus visum fuerit, anno 1878. Nam ob peculiares et omnino extraordinarias circunstancias, quæ exponebantur, atque ob suspensionem ad decennium civilis legis, opii culturam interdicentis in iis locis quæ bello vastata fuerant, quorumque incolæ ad extremam egestatem fuerunt adducti, Suprema Congregatio id dumtaxat statuit, ut sacramenta non denegarentur iis Christifidelibus, qui in provincia Keuy—Tcheon illo decem annorum spatio à civili lege permisso unice ad paupertatem levandam opium excoluissent. Et quum quæsitum fuisset, *an qui ex inveterata habitudine opio validicere nequeunt, nisi cum mortis periculo vel gravi detrimento, admiti possint* (ad sacramenta), *et an opium sumi possit per modum medicinæ, quia habitudinis pe-*

riculum imminet, responsum fuit: *Affirmative, diligentia et cautelis tamen positis, ut opii abusus malique effectus, ex hujusmodi abuso promanantes, evitentur.* Hujusmodi responsione, quæ exceptionem respicit, unusquisque videt minime infirmari generalia decreta, quibus opii abusus improbatur: idque perspicue declaratum est feria IV 4 Julii 1883.

6. Ex his omnibus sequitur: 1.° opii culturam non esse quidem per se illicitam, in Sinicis autem regionibus ob abusos quibus obnoxiam esse ex diuturna experientia certo constat, fieri illicitam ac proinde Christifidelibus generatim esse interdicendam; 2.° nec secus de commercio judicandum, quod quamvis per se malum non sit, malum tamen evadit ob graves abusus ex eo ut plurimum et fere universim manantes et ob leges illud vetantes; ideoque prohibendum non solum iis, qui illud directe exercent, sed etiam iis, qui eidem favent, qui scilicet pecuniam scienter opii mercatoribus fœnerantur, vel agros in opii culturam locant; 3.° opii usum, qui in Sinis obtinere dicitur, tanquam detestabilem abusum ab Ecclesia habitum et illicitum declaratum; 4.° ejusdem usum permitti posse iis, qui eidem sese assuefecerint, quique ab illo abstinere omnino non possint sine mortis periculo vel gravi detrimento; pariter opium sumi posse per modum medicinæ, ea tamen lege ut modus et quantitas servetur quæ medicinalem rationem minime excedat, et debita diligentia, et cautelis adhibitis, ut ejusdem abusus malique effectus exinde profluentes præcaveantur.

Haud dubitat hæc Suprema Congregatio, quin ad fidelis Sinici imperii, ac regnorum finitimorum ab opii cultu, mercatura et usu deterrendos quotquot ibi pro Christo legatione funguntur omnem daturi sint operam, qua assiduis monitis et hortationibus, qua opportunis in vulgus editis libellis, qua societatibus, ut ajunt, temperantiæ institutis, illisque modis, quos juxta varia locorum et personarum adjuncta magis efficaces aptosque in Domino existimaverint. Cum transgressoribus

autem recidivis et habituatis sciant sequendas, esse regulas à probatis auctoribus datas.

Datum Romæ die 29 Decembris anno 1891.

R. Card. Monaco.»

CONTRA HONESTATEM.

De hac re agit Auctor lib. 4, tit. 15.

Código penal.

España. Españoles. Art. 155, 156.
Funcionarios públicos. 401.
Responsabilidad civil. 119 h. 127.
Extinción de la responsabilidad penal. 130.
Extinción de la responsablilidad civil. 133.
Delitos. Faltas. 1, 6, 589, 593, 609 h. concluir la Ley Provisional.
Prescripción de los delitos. 131.
Prescripción de las faltas 132.
Delito consumado; frustrado, tentativa. 3.º
Conspiración, proposición para id. 4.º
¿Extingue la acción penal el perdón de la parte ofendida? 23.
Reincidencia. Edición Oficial, pág. 40.
Alevosía: Art. 10.
Encubridores. 15.
Vagos. Edición Oficial, pág. 41, 6.º
Delitos no incluidos en éste Código. Art. 7.º

Autoridad.

Delitos contra el pase régio. Art. 142.
Desacato. 253, 264, 265.
Usurpación de funciones, calidad, títulos, nombres, trajes, insignias, condecoraciones. 328 h. 334.

Paz.

Reuniones no pacíficas. Art. 179 h. 187.

Asociaciones ilícitas. 188, 189, 192.
Publicaciones clandestinas. 193.
Desórdenes públicos—258 h. 261; 264, 265.

Fé.—Religión.—Iglesia.

Delitos contra la religión y el culto.—Art. 219 h. 228.
Inhumaciones, exhumaciones, sepulturas. 534, 535, 540.

Justicia.

Acusación ó denuncia falsa.—Art. 326 h. 328.
Declaraciones falsas de testigos ó peritos en causas criminales ó civiles.—318 h. 326.
Violación de secretos—363, 364; 499 h. 502.
Falsificación de documentos: por ministros eclesiásticos.—300, 304 h. 315.
Infidelidad en la custodia de documentos.—360 h. 363.
Allanamiento de morada.—491 h. 494.
Cohecho.—381 h. 390; 407, 408.
Prevaricación.—346 h. 358.
Juegos y rifas.—343 h. 346.
Parricidio.—402, 407, 408.
Asesinato.—403, 407, 408.
Infanticidio.—409.
Aborto.—410 h. 414.
Contra el honor.—452 h. 468.
Registros domiciliarios. Código penal, Edición Oficial, pág.s 8, 90, 20, 30, 50, 95, 96, 187.

Libertad.

Amenazas, Coacciones. Art. 494 h. 499.

Honestidad.

Art. 433. h. 452.

NÚM. 26.

ALIQUA SPECIALIA CLERICORUM DELICTA.

Metropolitanus, vel Ordinarius metropolitano proximior, qui Ordinarium illegitime absentem amplius quam per tres menses Romano Pontifici non denuntiat, interdictum ipso facto incurrit.

Pontificalium exercitium in aliena diœcesi absque Ordinarii expreso consensu punitur suspensione lata.

Matrimonii testificatio à presbytero vel parocho, sine proprii parochi consensu, punitur suspensione lata.

Regularis, cum Viativel Extremam-Unctionem extraneis administrans sine parochi licentia, excommunicationem simpliciter reservatam incurrit.

De venereis confer Auctorem lib. 4, tit. 15.

Regularis, à monasterio legitime expulsus, perpetuam suspensionem incurrit.

Apostasia ab Ordine excommunicatione et irregularitate punitur.

Capitulum, aut Vicarius Capitularis, litteras ad Ordinationem tribuens non *arctatis* intra annum ab Ordinarii defunctione, incurrit interdictum ipso facto.

Exempti, tribuentes sine causa litteras ad Ordinationem non ad proprium sed ad alienum Episcopum, incurrunt suspensionem ab officio et beneficio.

Ordinatus ab Episcopo censurato, vel ab extraneo sine litteris proprii, vel à proprio in aliena diœcesi absque licentia Ordinarii proprii diœcesis, vel intra annum ab obitu proprii, aut per saltum, suspensionem ab Ordine incurrit.

Capitulum, novum Prælatum recipiens absque Apostolicæ Sedis litterarum præsentatione, beneficiorum suspensionem incurrit.

Canonici Ecclesiæ Cathedralis, transferentes Ecclesiæ vacantis regimen nominato aut præsentato à Potestate laica, nominati et præsentati regimen acceptantes sub

quacumque denominatione, et omnes qui prædictis nominatis vel præsentatis obedientiam, auxilium, consilium vel favorem præstant, excommunicationem reservatam speciali modo incurrunt.

Insuper sic nominati aut præsentati, si antea erant Episcopi, suspensionem à Pontificalibus et interdictum ab ingresu ecclesiæ ipso pacto incurrunt.

Denique S. Carolus Borromeus has dictabat clericis regulas. Qui Deo militat, implicare se negotiis sæcularibus prohibetur; idcirco edicimus: Ne Clericus sacris initiatus, aut Ecclesiastico beneficio præditus, coram judice sæcuiari advocati, aut Procuratoris nomine causas agat, nisi ab aliis in judicium vocatus, suam, vel Ecclesiæ suæ propinquorum etiam, si necesse erit, et miserabilium personarum causas, ab Episcopo, facultate pricus scripto concessa, tueatur.

—Ne in prophanis negotiis officium tabellonis exerceat.—Ne artem medendi faciat:—Ne in negotiationibus, et mercaturis se interpretem, et medium interponat.—Negotiationem etiam onmis generis omnino prohibemus.—Artes vero honestas concedimus, ut aliquod manibus suis lucretur, quo sibi, quæ ad victum necessaria sunt comparare possit.—Ne aliena prædia lucri causa conducat.—Ne aliorum tutelam, aut curas suscipiat.—Ne pro aliis fidejubeat.—Ne alicujus Principis, aut alterius negotiorum procurator sit, sine facultate ab Episcopo prius per litteras impetrata, singulis annis renovanda.—Neve parum memor Ordines, ac dignitatis suæ, sit in famulatu laicorum, etiam principum, eorumve quibusvis aliis obsequiis, nisi cui ex causa, et ad officium, Sacerdotali munere non indignum, Episcopus hujus rei potestatem ante scripto fecerit. Hujusmodi autem licentiæ scripto permissæ quotannis renoventur: alioquin irritæ, ac nullæ sint.

Neve præcursor, aut assecla fæminarum, aut eis discumbentibus adsistat, aut ancilletur.

Qui autem hujusmodi sæcularia negotia exercenda facultatem, seu dispensationem impetrarit, intra duos menses Episcopo exhibeat.

NÚM. 27.

DELICTA.—PŒNÆ.

De his agit Auctor lib. 4 tit. 1.

Apud omnes differunt peccatum et delictum. Peccatum est: dictum, vel factum, vel concupitum contra legem. Delictum est: violatio externa, et ex se publica, legis scriptæ in codice humano. Pœna vero est: delicti justa coercitio. Delictum dicitur violatio *externa,* ut distinguatur à peccato, quod potest esse pure internum; ex se publica, quia ut violatio resultet delictum societatem afficere debet actu vel potentia, et quod est sociale est publicum per se, quamvis per accidens maneat occultum: homicidium, nemine vidente, delictum est; additur *legis scriptæ* in codice humano, quia delictum est quid pœnale in societate, et pœna in societate non imponitur nisi ad tenorem legis humanæ: sic blasphemia, intrinsece mala, et enorme peccatum, in delictum transit, quando in codice sociali adest lex, eam prohibens atque puniens. Pœna dicitur delicti justa coercitio, quia delictum constituit materiam pœnarum, quæ juste possunt imponi solummodo ab eis, quibus à lege concessum est, et in gradu à lege concesso: læsus lædentem puniens, auctoritati deest; non læsus alium lædens, juri naturæ derogat.

Ecclesia potestatem exercet in foro interno circa peccata, in foro externo circa delicta. Unde axioma, de internis non judicat Ecclesia, exprimit quod Ecclesia in foro externo nec judicat, nec punit, nisi externa et publica, aut quasi publica: «occulta non possunt publice puniri, sed sunt divino judicio reservanda.» 3.ª p., q. 80, 6, ad 1.

Ergo in Ecclesia solum potest inferre pœnas qui habet potestatem in foro externo et judiciali. «In societate hominum nullus habet coactionem, nisi per publicam potestatem.» 2.ª 2.æ, q. 66, 8.º

Circa internum forum et externum, fraternam correctionem ac prout correctio est justitiæ actus, cuinam utraque competat, quis autem finis utriusque, quando alterutra dimittenda, prælatorum potestatis extensio in hac re, quando denique et quomodo arguenda sunt publice peccata, placeat audire S. Thom.: «In foro conscientiæ causa agitur inter hominem et Deum; in foro autem exterioris judicii causa agitur hominis ad hominem; et ideo absolutio vel ligatio, quæ unum hominem obligat quoad Deum tantum, pertinet ad forum pœnitentiæ; sed illa quæ hominem obligat in comparationem ad alios homines, ad forum publicum exterioris judicii pertinet.» 4 Sent., dist. 8, q. 2, art. 2.

«Correctio delinquentis est quoddam remedium quod debet adhiberi contra peccatum alicujus. Peccatum autem alicujus dupliciter considerari potest: uno quidem modo, in quantum est nocivum ei qui peccat; alio modo in quantum vergit in nocumentum aliorum, qui ex ejus peccato læduntur, vel scandalizantur, et etiam in quantum est in nocumentum boni communis, cujus justitia per peccatum hominis perturbatur. Duplex ergo est correctio delinquentis; una quidem quæ adhibet remedium peccato, in quantum est quoddam malum ipsius peccantis; et ista est proprie fraterna correctio, quæ ordinatur ad emendationem delinquentis . . . .
Alia vero correctio est quæ adhibet remedium peccato delinquentis, secundum quod est in malum aliorum, et præcipue in nocumentum communis boni; et talis correctio est actus justitiæ, cujus est conservare rectitudinem justitiæ unius ad alterum.» 2.ª 2.æ, q. 33, 1.

«Duplex est correctio: una quidem quæ est actus charitatis, quæ specialiter tendit ad emendationem fratris delinquentis per simplicem admonitionem; et talis correctio pertinet ad quemlibet charitatem habentem, sive sit subditus, sive prælatus. Est autem alia correctio, quæ est actus justitiæ, per quam intenditur bonum commune, quod non solum procuratur per admonitionem fratris, sed etiam interdum per punitionem, ut alii à peccato timentes desistant; et talis correctio ad solos prælatos

pertinet, qui non solum habent admonere sed etiam corrigire puniendo.» Ibid., 3.

Duplex est correctio delinquentis: una quidem pertinens ad prælatos quæ ordinatur ad bonum commune et habet vim coactivam, et talis correctio non est dimittenda propter turbationem ejus qui corripitur: tum quia si propria sponte emendari non velit, cogendus est per pœnas, ut peccare desistat: tum quia si incorregibilis sit per hoc providetur bono communi, dum servatur ordo justitiæ, et unius exemplo alii deterrentur. Unde judex non prætermittit ferre sententiam condemnationis in peccantem, propter timorem turbationis ipsius, vel etiam amicorum ejus. Alia vero est correctio fraterna; cujus finis est emendatio delinquentis, non habens coactionem sed simplicem admonitionem; et ideo ubi probabiliter æstimatur quod peccator admonitionem non recipiat, sed ad pejora labatur, est ab hujusmodi correctione desistendum; quia ea quæ sunt ad finem debent regulari secundum quod exigit ratio finis.» Ibid., 6.

« Prælatus non est judex occultorum, sed solus Deus; unde non habet potestatem præcipiendi aliquid super occultis nisi in quantum per aliqua judicia manifestantur, puta per infamiam, vel per aliquas suspiciones, in quibus casibus potest prælatus præcipere eodem modo, sicut et judex sæcularis vel ecclesiasticus potest exigire juramentum de veritate dicenda.» Ibid. 7, ad 3.

« Augustinus intelligit quod prius dicatur prælato quam testibus, secundum quod prælatus est quædam singularis persona, quæ magis potest prodesse quam alii; non autem quod dicatur ei tanquam Ecclesiæ, id est, sicut in loco judicis residente.» Ibid., 8, ad 4.

« Proclamationes quæ in capitulis religiosorum fiunt, sunt de aliquibus levibus, quæ famæ non derogant; unde sunt quasi quædam commemorationes potius oblitarum culparum, quam accusationes, vel denuntiationes. Si essent tamen talia, de quibus frater infamaretur, contra præceptum Domini ageret qui per hunc modum peccatum fratris publicaret.» Ibid., 7, ad 4.

«Circa publicam denuntiationem peccatorum distin-

guendum est. Aut enim peccata sunt publica, aut sunt occulta. Si quidem sint publica, non est tantum adhibendum remedium ei qui peccavit, ut melior fiat; sed etiam aliis, in quorum notitiam devenit: ut non scandalizentur. Et ideo talia peccata sunt publice arguenda, secundum illud Apostoli (I. ac Tim. V, 20): *Peccantes coram omnibus argue, ut et cæteri* timorem habeant iquod intelligitur de peccatis publicis, ut Augustinus dicit (lib. De verb. Dom. loc. cit. cap. 7.) Si vero sint peccata occulta, sic videtur habere locum quod Dominus dicit. (Matth. XVIII,): *Si peccaverit in te frater tuus*. Quando enim te offendit publice, coram aliis jam non solùm in te peccat, sed etiam in alios, quos turbat. Sed quia etiam in occultis peccatis potest parari proximorum offensa, ideo adhuc videtur distinguendum esse. Quædam enim peccata occulta sunt, quæ sunt in nocumentum proximorum vel corporale, vel spirituale, puta si aliquis occulte tractet, quomodo civitas tradatur hostibus, vel si hæreticus privatim homines à fide avertat. Et quia ille qui sic occulte peccat. non solum in te peccat, sed etiam in alios, oportet statim procedere ad denuntiationem, ut hujusmodi nocumentum impediatur; nisi forte aliquis firmiter æstimaret quod statim per secretam admonitionem posset hujusmodi mala impedire. Quædam vero peccata sunt quæ solum sunt in malum peccantis, et ejus in quem peccatur, vel quia à peccante solum læditur, vel saltem ex sola notitia; et tunc ad hoc solum tendendum est ut fratri peccanti subveniatur; et sicut medicus corporalis sanitatem ægroto confert, si potest sine alicujus membri abscissione; si autem non potest, abscindit membrum minus necessarium, ut vita totius conservetur; ita etiam ille qui studet emendationi fratris, debet si potest, sic emendare fratrem quantum ad conscientiam ut fama ejus conservetur; quæ quidem est utilis primo quidem ipsi peccanti, non solum in temporalibus, in quibus quantum ad multa homo patitur detrimentum, amissa fama; sed etiam quantum ad spiritualia, quia præ timore infamiæ multi à peccato retrahuntur, unde quando se infamatos conspiciunt irrefrenate peccant.

Unde Hieronymus dicit (sup. illud. Matth. XVIII.): *Si peccaverit in te:* «Corripiendus est seorsum frater, ne si semel pudorem, vel verecundiam amiserit, permaneat in peccato.» Secundo debet conservari fama fratris peccantis; tum quia, uno infamato, alii infamantur, secundum illud Augustini (epist. ad plebem Hipponensem, 77, al 137, inter med. et fin.): «Cum de aliquibus qui sanctum nomen profitentur, aliquid criminis vel falsi sonuerit, vel veri patuerit, instant, satagunt, ambiunt, ut de omnibus hoc credatur;» tum etiam quia ex peccato unius publicato alii provocantur ad peccandum. Sed quia conscientia præferenda est famæ, voluit Dominus ut saltem cum dispendio famæ, fratris conscientia per publicam denuntiationem à peccato liberetur. Unde patet de necessitate præcepti esse quod secreta admonitio publicam denuntiationem præcedat.» Ibid. 7.

Pœnæ ecclesiasticæ seu canonicæ sunt: pœnitentia, censura, et pœna stricta. Differunt inter se: ratione subjecti cui imponuntur, ratione bonorum à quibus privant, ratione temporis quo durant, et ratione causarum quibus cessant. Ratione subjecti: pœnitentia imponitur peccatori pœnitenti, censura contumaci non rebelli, pœna stricta contumaci rebelli. Ratione bonorum: pœnitentia et censura privant aliquibus bonis, pœna stricta privat bonis omnibus unius generis vel classis. Ratione temporis; pœnitentia imponitur pro tempore determinato, censura generaliter pro indeterminato, pœna stricta generaliter in perpetuum. Ratione modi quo delentur: pœnitentia per satisfactionem delinquentis, aut per judicis indulgentiam; censura per absolutionem; pœna stricta per dispensationem.

Præterea pœna potest esse pœna, et medicina. «Pœna dupliciter potest considerari. Uno modo secundum rationem pœnæ et secundum hoc pœna non debetur nisi peccato. quia per pœnam reparatur æqualitas justitiæ, in quantum ille, qui peccando nimis secutus est suam voluntatem, aliquid contra suam voluntatem patitur.... Alio modo potest considerari pœna, in quantum est medicina non solum sanativa peccati præteriti, sed etiam

præservativa à peccato futuro, vel etiam promotiva in aliquod bonum. Et secundum hoc aliquis interdum punitur sine culpa, non tamen sine causa.» 2.ª 2.æ, q. 108, 4.

Huic doctrinæ consentit regula 25 de R. I. in 6, quæ sic se habet: «Sine culpa, nisi subsit causa, non est aliquis puniendus.» Unde si adest causa, quamvis desit culpa, potest aliquis puniri; ut videri est, inter alia, in pœna interdicti generalis, personalis aut localis, ubi multoties juste puniuntur innocentes, lædendo partes, ut mundetur totum.

En præcipua axiomata pœnalia, desumpta ex Regulis Juris in 6, et ex lib. 5.º Decret. tit. 38.

Peccatum non dimittitur, nisi restituatur ablatum. (R. 4.ª)

Peccati venia non datur nisi correcto. (R. 5.ª)

Odia restringi, et favores convenit ampliari. (R. 15.ª)

Non debet aliquis alterius odio prægravari. (R. 22).

In obscuris minimum est sequendum. (R. 30).

In pœnis benignior est interpretatio facienda. (R. 49).

Semel malus semper præsumitur esse malus. (R. 8.ª)

Delictum personæ non debet in detrimentum Ecclesiæ redundare. (R. 76).

Infamibus portæ non pateant dignitatum. (R. 87).

Ea quæ frequenti prævaricationi iterantur, frequenti sententia condemnentur.

In causis pecuniariis victus victori in expensis condemnetur.

Sacerdotes qui alios incitant ad pugnandum, de rigore canonico credimus deponendos.

Manifesta peccata non sunt occulta correctione purganda.

Indulgentiæ quæ conceduntur per prælatos non subditis non prossunt.

NÚM. 28.

PŒNITENTIA.—CENSURA.

De hac re agit Auctor lib. 4, tit. 17 et 21.

Pœnitentia est: pœna ecclesiastica fori exterioris, qua fidelis baptizatus, quem pœnitet deliquisse, punitur à judice, ad tollendum scandalum in Ecclesia causatum. Quamvis multo rarius quam antiquitus, etiam hodie dantur casus pœnitentiæ publicæ. Publice peccantes, ait Trid., publice puniendi.

Censura est: pœna ecclesiastica fori exterioris, qua fidelis baptizatus privatur usu aliquorum bonorum spiritualium, ut à contumacia discedat.

Censuræ sunt pœnæ stricte medicinales.

Lex quid prohibens sub censura duplicem habet partem, aliam qua factum improbatur. aliam qua factum censura punitur; in prima stat inobedientia, in secunda contumacia.

Inter contumaciam et temeritatem patet differentia. Temeritas est præcipitatio in agendi consilio, eo quod in inquisitione consilii multa particularia sunt consideranda et aliqua non considerantur: unde Philosophus dicit Ethic. lib. 6, cap. 9: «Oportet consiliari tarde»; et Act., XIX, 36: «Oportet vos sedatos esse, et nihil temere agere». Contumacia vero importat contemptum, saltem virtualem et interpretativum, censuræ. vel potestatis ecclesiasticæ sub censura præcipientis; unde absque formali et certa censuræ notitia potest dari contumacia, pro qua ex cap. 2 de Const. sufficit ignorantia vincibilis, crasa vel supina, quæ includit suspicionem aut dubium de censura.

«Censuræ et interdicta nedum à Sede Apostolica emanata, sed etiam ab Ordinariis promulgata, mandante Episcopo, à regularibus in eorum Ecclesiis publicentur atque serventur». Sess. 25, cap. 12 de Regul.

Qui censuras violat, irregularitatem incurrit.

Latam censuram incursus non deperdit jurisdictionem, donec detur judicis declaratoria sententia, quia defectum supplet Ecclesia propter fidelium utilitatem.

Cessante contumacia, tolli debet censura; sicut sanato ægroto, cessat medicina. Circa facultatem absolvendi à generalibus censuris latis, statuenda sunt sequentia capita, quorum explanatio ad moralistas pertinet:

1. Nemo sine facultate speciali potest absolvere à censuris Romano Pontifici reservatis in Constit. *Apostolicæ Sedis*.

2. Nec Prælati regulares, ex se.

3. Permanet tamen facultas Episcopis concessa à Tridentina Synodo absolvendi ab omnibus censuris Romano Pontifici reservatis, exceptis quæ reservantur speciali modo Romano Pontifici in dicta Constit. *Apostolicæ Sedis*.

4. Obligatio Romam adeundi, quæ adest infirmo si postea convaluerit, hodie restringitur ad casus speciali modo Romano Pontifici reservatos.

5. In amplissima facultatum concessione absolvendi à censuris, Romano Pontifici speciali modo reservatis, semper excipitur absolutio complicis in turpi.

6. Qui sine facultate absolvit à censuris Romano Pontifici speciali modo reservatis, incurrit excommunicationem *simpliciter* reservatam Romano Pontifici.

7. Prælati regulares mendicantes possunt absolvere suos subditos, et sæculares, ab omnibus casibus reservatis cum censura Ordinariis in Constit. *Apostolicæ Sedis*.

«Una duda ocurrió á los Obispos españoles al tiempo de publicarse esta Constitución, y fué si derogaba ó no los privilegios de la Bula de la Sta. Cruzada, por los cuales se concede á los fieles que la toman la facultad de poder elegir confesor aprobado por el Ordinario, que los absuelva en el fuero de la conciencia de todos los pecados y censuras reservadas, sin más excepción que el crimen de herejía, y la censura impuesta al confesor que absuelve á su cómplice *in peccato turpi* fuera del artículo de la muerte, y aún en este si lo hace sin necesidad. El Santo Padre, consultado sobre esto, respon-

dió de viva voz que nada se alteraba respecto á los privilegios de la Cruzada». Gainza, «Facultades....» 270.

«Tales son las doce censuras reservadas de una manera especial al Romano Pontífice, para cuya absolución ya hemos dicho que no bastan privilegios y concesiones generales para absolver de *reservados papales*, sino que es menester autorización especial, clara y expresiva de cada censura. Y si por el privilegio de la Cruzada puede absolverse de estas censuras *pro foro conscientiæ*, menos de la primera y la décima, expresamente exceptuadas en la misma Bula, no se olvide nunca que es indispensable prévia satisfacción, ó si esta no es posible entónces, la caución ó juramento, á lo menos, de satisfacer lo más pronto posible». Ibid., 272.

«A la duda propuesta á la S. Penitenciaria «an Prælati Regulares post Constitutionem *Apostolicæ Sedis*, possint necne suos subditos absolvere à casibus papalibus in dicta Bulla simpliciter reservatis? respondió: *Negative*, salvis aliis facultatibus quæ promanant ex rescriptis particularibus ad tempus concessis. Datum Romæ in Pœnitentiaria, 5 Decembris 1873. Quare (dice Gury en la nota al §. *Cœterum* de esta Bula) privilegia seu facultates reaes absolvendi, quibus Regulares fruebantur, si sermo sit de generalibus censuris, seu respectu quorumcumque pœnitentium, ex §. *Cœterum* hujus Constitutionis revocatæ generatim fuerunt. Si vero de particularibus proprii instituti censuris, cum istæ ut antea in suo vigore permaneant ex §. *Quæ vero*, et quoad facultatem absolvendi nil de his in præsenti Constitutione disponatur, ejusmodi facultates eisdem, ac antea, competere censendæ sunt, cum legitimarum facultatum revocatio non præsumi sed ostendi debeat.» Ibid., 278.

Decretum quoad absolutionem casuum et censurarum Papæ reservatorum.

Quæsitum est ab hac S. Congr. Romanæ et Universalis Inquisitionis:

I. Utrum tuto adhuc teneri possit sententia docens ad Episcopum aut ad quemlibet Sacerdotem approbatum devolvi absolutionem casuum et censurarum, etiam

sepeciali modo Papæ reservatorum, quando pœnitens versatur in impossibilitate personaliter adeundi Sanctam Sedem?

II. Quatenus negative, utrum recurrendum sit, saltem per litteras, ad eminentissimum Cardinalem majorem pœnitentiarium pro omnibus casibus Papæ reservatis, nisi Episcopus habeat speciale indultum, præterquam in articulo mortis, ad obtinendum absolvendi facultatem?

Feria IV *die 23 Junii 1886.* Emi. ac Rvmi. Patres Cardinales, in rebus fidei generales inquisitores, suprascriptis dubiis mature perpensis, respondendum esse censuerunt: *Ad I. Attenta praxi S. Pœnitentiariæ præsertim ab edita Constitutione Apostolica, sac. mem. Pii PP. IX quæ iucipit: Apostolicæ Sedis.* Negative.

Ad II. Affirmative; at in casibus vere urgentioribus, in quibus absolutio differri nequeat, absque periculo gravis scandali vel infamiæ, super quo Confessariorum conscientia oneratur, dari posse absolutionem injunctis de jure injungendis, à censuris etiam *speciali modo* Summo Pontifici reservatis, sub pœna tamen reincidentiæ in easdem censuras, nisi saltem infra mensem per epistolam et per medium Confessarii absolutus recurrat ad S. Sedem. Facto verbo cum Sanctissimo. Feria IV die 30 Junii 1886.

SSmus. resolutionem Emmorum. PP. approbavit et confirmavit.—Josephus Mancini, *S. R. et U. Inquisit. Notarius.*»

«Llamamos la atención de los Confesores sobre este importante documento, que ha establecido nueva jurisprudencia en el santo tribunal de la Penitencia.

«Cosa harto sabida es que las antiguas censuras fueron reducidas á número y órden por el Sumo Pontífice Pío IX en la Bula *Apostolicæ Sedis moderationi*, dada en 12 de Octubre de 1869: y que á los casos y censuras reservadas de la antigua y célebre Bula *de la Cena*, sustituyéronse en la moderna Constitución las censuras reservadas *modo speciali* al Romano Pontífice. Que nadie sino este y sus delegados puede absolver, or-

dinariamente hablando, de los reservados Papales, es cosa cierta y evidente; pero asimismo es indudable que en circunstancias extraordinarias pueden absolver de los mismos los Obispos, y aún los simples Confesores. A más del *artículo de la muerte*, en el que, según el axioma sentado por el Concilio Tridentino, cesa toda reservación, admiten todos los Teólogos que el Confesor meramente aprobado puede absolver de dichas censuras cuando en la dilación de la absolución hubiera peligro de infamia ó de escándalo grave. La mayoría de los Teólogos antiguos, además, opinaba que, en caso de que fuese imposible al penitente recurrir personalmente á la Santa Sede para impetrar la absolución, podría dársela cualquier Confesor aprobado, aún cuando fuese de los reservados contenido en la Bula *de la Cena ó speciali modo*, como diríamos al presente. Esta opinión, sostenida por San Alfonso María de Ligorio, ha sido defendida por casi todos los moralistas modernos, quienes además, en conformidad con la doctrina del Santo Doctor, eximen al Confesor y penitente de la obligación de recurrir por escrito á la Santa Sede, fundándose para ello, como el anotador de Guri Ballerini y otros, en que esto es un privilegio, del cual no hay obligación de usar.

«Más después del Decreto que nos ocupa y de la resolución tan terminante de la Sagrada Congregación de la Inquisición, dicha opinión no es segura, y de consiguiente no puede seguirse en la práctica.

«Es verdad que la Sagrada Penitenciaria, en 5 de Julio de 1831, declaró que no debía inquietarse al Confesor que siguiese en la práctica en el tribunal de la Penitencia las opiniones de San Alfonso de Ligorio; pero como quiera que sea, esta resolución, por ser tan general, ha de entenderse con ciertas limitaciones y excepciones, siendo una de ellas la de que la Santa Sede no desechase positivamente alguna opinión del Santo Doctor, como sucede en el caso presente, pues entonces claro es que había de ser inquietado el Confesor que se obtinase en seguir la opinión de San Ligorio, rechazada y declarada insegura por la Santa Sede.

«Hoy, pues, á más del artículo de la muerte. el Confesor aprobado puede absolver de los reservados Papales tan sólo cuando en negar ó diferir la asbolución hubiese peligro de grave escándalo ó infamia, y aun en este caso tiene obligación el penitente de recurrir después por escrito y por medio de su Confesor á la Santa Sede, bajo la pena de reincidir en las censuras de que fué absuelto si no lo hiciere dentro del mes.

«De esta última cláusula del Decreto parece deducirse que, cuando en la dilación de la absolución no hubiese peligro de infamia ó grave escándalo, y el penitente no pudiera comparecer personalmente ante la Santa Sede ó sus delegados, está obligado á recurrir por escrito para obtener la absolución de censuras; obligación que hasta aquí negaban la mayor parte de los teólogos.»

(Boletin Ecl. Arz. Manil., 1891, num. 39.)

Audiantur sequentes declarationes.

EX S. CONGR. R. U. INQUISITIONIS

DUBIA QUOAD ABSOLUTIONEM CASUUM ET CENSURARUM ETIAM SPECIALI MODO PAPÆ RESERVATARUM QUANDO PŒNITENS VERSATUR IN IMPOSIBILITATE ADEUNDI PERSONALITER S. SEDEM.

Beatissime Pater,

S. Congregatio Inquisitionis, sub die 30 Junii 1886, ad quæsitum (1) «I. Utrum tuto adhuc teneri possit sententia docens, ad Episcopum, aut ad quemlibet sacerdotem approbatum devolvi absolutionem casuum et censurarum, etiam speciali modo Papæ reservatorum, quando pœnitens versatur in impossibilitate personaliter adeundi S. Sedem?

---

(1) Episcopus Brixiensis petiit hanc resolutionem.

«II. Quatenus negative, utrum recurrendum sit saltem per litteras, ad Eminentissimum Card. Majorem Pœnitentiarium pro omnibus casibus Papæ reservatis, nisi Episcopus habeat speciale indultum præterquam in articulo mortis, ad obtinendam absolvendi facultatem?»

Responsum dedit à Papa approbatum et confirmatum:

«Ad I. *Attenta praxi S. Pœnitentiariæ, præsertim ab edita Constitutione Apostolica san. mem. Pii PP. IX, quæ incipit* Apostolicæ Sedis. *Negative.*

«Ad II. *Affirmative: at in casibus urgentioribus, in quibus absolutio differri nequeat absque periculo gravis scandali vel infamiæ, supra quo Confessariorum conscientia oneratur, dari posse absolutionem injunctis de jure iniungendis, à censuris etiam speciali modo Summo Pontifici recervatis sub pœna tamen reincidentiæ in easdem censuras, nisi saltem infra mensem per epistolam et per medium confessarii absolutus recurrat ad S. Sedem.*»

Quum vero inter Doctores de hisce responsis dubia fuerint exorta, S. Congregationi Inquisitionis sequentia ad resolvendum proponuntur:

I. Utrum responsum ad 1. valeat etiam pro casu quando pœnitens fuerit *perpetuo* impeditus personaliter Romam proficisci?

II. Utrum in responsa ad 2. clausula: *sub pœna tamen reincidentiæ in easdem censuras, etc.*, referatur solummodo ad absolutionem à censuris et casibus *speciali modo* R. P. reservatis, an etiam ad absolutionem à censuris et casibus simpliciter Papæ reservatis?

Quæritur denique:

III. Utrum auctores moderni post Constitutionem *Apostolicæ Sedis* (contra ius commune, Cap. *Eos qui* 22, *De sentent. excomun. in* 6, *v.* 11; Cap. *Ea noscitur.* 13, *De sententia excommu.* v. 39; et contra Ritua e Romanum, *De Pœnitent.*, Titul. III, cap. I. n. 23), recte doceant, ei qui in articulo mortis à quolibet confessario à quibusvis censuris quomodocumque reservatis absolutus fuerit, tunc solummodo imponemdam esse obligationem se sistendi Superiori recuperata valetudine,

si agatur de absolutione à censuris *speciali modo* Papæ reservatis, an hujusmodi recursus ad Superiorem etiam necessarius sit in absolutione à censuris simpliciter Summo Pontifici reservatis?

Feria IV, die 17 Junii 1891.

In Congregatione generalii S. Rom. et Univ. Inquisitionis propositis dubiis, præhabitoque Reverendissimorum DD. Consultorum voto, Eminentissimi ac Reverendissimi Domini Cardinales in rebus fidei et morum generales Inquisitores respondendum mandarunt:

Ad I. *Affirmative.*

Ad II. *Negative ad primam partem, affirmative ad secundam partem.*

Ad III. *Affirmative ad primam partem, negative ad secundam partem; juxta resolutionem fer. IV, 28 Junii 1882.*

Sequenti vero feria v, facta de his Sanctissimo D. N. Leoni PP. XIII relatione in audientia R. P. D. Assessori S. Officii impertita, eadem Sanctitas Sua Eminentissimorum Patrum resolutionem approbare dignata est.

I. Mancini, *S. Rom. et Univ. Inquis. Notarius.*

Beatissime Pater,

X..., ad S. V. pedes provolutus, perhumiliter exponit prout sequitur:

Litteris *Apostolicæ Sedis* declaratum fuit non adesse reservationem, si agatur de mortis articulo, sed additum fuit: *in quo tamen firma sit quoad absolutos, obligatio standi mandatis Ecclesiæ, si convaluerint*, nulla facta mentione de pœna reincidentiæ, si isti obligationi non satisfiat, nec ulla data explicatione circa sensum vocum *standi mandatis Ecclesiæ*. Ex decreto quoque S. Officii (30 Junii 1886) *in casibus urgentioribus dari potest absolutio à censuris etiam speciali modo reservatis S. Pontifici*, sub quibusdam tamen conditioni-

bus; sed in prælaudato decreto non dictum fuit an ista absolutio sit directa vel indirecta. Inde plures exortæ sunt difficultates. Hinc orator quærit:

I. An obligatio standi mandatis Ecclesiæ, à Bulla *Apostolicæ Sedis* imposita, sit sub pœna reincidentiæ vel non?

II. An obligatio standi mandatis Ecclesiæ, in sensu Bullæ *Apostolicæ Sedis*, idem sonat ac obligatio se sistendi coram S. Pontifice, vel an ab illa debeat distingui?

III. An absolutio data in casibus urgentioribus, à censuris etiam speciali modo S. Pontifici reservatis, in sensu decreti S. Officii (30 Junii 1886) sit directa, vel tantum indirecta?

Feria IV, 19, Augusti 1891.

In Congregatione generali S. Romanæ et Universalis Inquisitionis, audita relatione suprascripti suplicis libelli, præhabitoque Rmorum. DD. Consultorum voto, Emi. Dni. Cardinales in rebus fidei et morum Generales Inquisitores respondendum mandarunt:

Ad I. *Affirmative ad primam; negative ad secundam partem.*

Ad II. *Obligationem* STANDI MANDATIS ECCLESIÆ *importare onus sive per se, sive per confessarium, recurrendi ad S. Pontificem, ejusque mandatis obediendi, vel novam absolutionem petendi ab habente facultatem absolvendi à censuris S. Pontifici speciali modo reservatis.*

Ad III. *Affirmative ad primam; negative ad secundam partem.*

Sequenti vero feria V, Smus. D. N. Leo, divina Providentia PP. XIII, audientia R. P. D. Assessori S. O. impertita, relatam Sibi Emorum. Patrum resolutionem benigne approbare dignatus est.

J. MANCINI *S. R. et U. I. Not.*

S. R. et U. Inquisitioni sequentia dubia proposita fuerunt:

I. Utrum scienter legentes publicationes periodicas in fasciculos ligatas, habentes auctorem hæreticum et hæresim propugnantes, excommunicationem incurrant, de qua Bulla *Apostolicæ Sedis* 12 Octobris 1869 in excom. Rno. Pontifici speciali modo reservatis art. 2.

II. Utrum per acta à S. Sede Apostolica profecta designentur tantum acta quæ immediate à S. Pontifice proficiscuntur, an etiam quæ mediate à SS. RR. Congregationibus proveniunt?

III. Utrum absolventes complicem in re turpi cum ignorantia crassa et supina hanc excommunicationem incurrant an non?

IV. Utrum colligentes eleemosynas majoris pretii pro missis, si eas celebrari faciunt in eodem loco ubi collegerunt, pro minori pretio, hanc censuram incurrant, necne?

V. Utrum clericus in sacris constitutus, vel regularis, aut monialis, si præter impedimentum voti solemnis castitatis alia habeat impedimenta ex. gr. affinitatis, consanguinitatis, hanc censuram incurrant an non?

VI. Quoad absolutionem censurarum specialiter reservatarum in articulo vel periculo mortis dubitatur, utrum infirmus si convalescit et onus non adimplet se presentandi Superiori, in eamdem excommunicationem reincidat an non?

Feria VI die 13 Januarii 1892.

In Congregatione Generali S. Rom. et Univ. Inquisitionis habita cor m Emmis. et Rmis. DD. S. R. E. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus propositis suprascriptis dubiis, ac præhabito voto DD. Consultorum, iidem Emmi. ac Emi. DD. rescribi mandarunt.

Ad I. Affirmative.

Ad II. Negative ad primam partem; affirmative ad secundam.

Ad III. In casu, incurrere.

Ad IV. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Ad V. Incurrere.

Ad VI. Detur Decretum fer. IV, 19 Augusti 1891 super dubiis quæ sequuntur.

1.° An obligatio standi mandatis Ecclesiæ a Bulla *Apostolicæ Sedis* imposita sit sub pœna reincidentiæ, vel non?

2.° An obligatio standi mandatis Ecclesiæ in sensu Bullæ *Apostolicæ Sedis* idem sonet ac obligatio se sistendi coram S. Pontifice, vel an ab illa debeat distingui?

Responsum: Ad I. Affirmative ad primam partem; negative ad secundam.

Ad II. Obligationem standi mandatis Ecclesiæ importare onus sive per se, sive per Confessarium ad S. Pontificem recurrendi.

Feria autem V, die 14 Januarii 1892, facta de his omnibus per R. P. Adsessorem S. O. Sanctissimo D. N. Leoni PP. XIII relatione, Sanctitas Sua resolutiones Emmorum. PP. adprobavit et confirmavit.

Ex Cancellaria S. O. die 16 Januarii 1892.—Jos. MANCINI, *S. Rom. et Univ. Inq. notarius.*

S. Pœnitentiaria ap. 7 Novembr. 1888.—Dubia quoad absolutionem casuum reservatorum.

Decreti 25 junii 1886 responsio ad 1.° quæ sic se habet: Attenta praxi S. Pœnitentiariæ, præsertim ab edita constitutione s. m. Pii IX. quæ incipit Apostolicæ Sedis, negative, non videtur respicere casus specialiter reservatos Summo Pontifici sine censura; siquidem de his non agitur in const. Apostolicæ Sedis. Numquid ergo integra manet vetus doctrina theologorum dicentium de his absolvere posse episcopos vel eorum delegatos, vel, ut vult castropalao, simplicem sacerdotem, quando pœnitens Romam nequit petere, quin scribere necesse sit?

2. Quando indultum quinquenale Episcopi habent à S. Cong. de prop. Fide complectens 14 numeros, n.° 10 concedens facultatem absolvendi ab omnibus casibus, etiam specialiter reservatis Rom. Pontifici, excepto casu absolventis complicem, nunquid illam possunt delegare in Gallia et in Europa pro casu saltem peculiari? ita ut non sit necessarium ut pœnitens adeat Episcopum ipsum, quamvis in n. 11 indulti sit hæc clausula: Communicandi has facultates in totum vel in partem, prout opus esse secundum ejus conscientiam indicaverit, sacerdotibus idoneis in conversione animarum laborantibus, in locis tantum ubi prohibetur exercitium catholicæ religionis.

3.° Posito quod negative respondeatur, quid si pœnitenti impossibile sit adire Episcopum tale indultum habentem?

4. Quando sedes episcopalis vacat, numquid Vicarius capitularis potest communicare facultates quinquennales Episcopo amoto vel defuncto concessas per indultum S. Pœnitentiariæ vel congregationis de Prop. Fide?

5. Quando missionario occurrit pœnitens censuris innodatus, et transiens obiter, ita ut missionarius non possit iterum pœnitentem videre, nunquid sufficit, posito casu urgentiori absolutionis, exigere à pœnitente promissionem scribendi, tacito si vult nomine, ad S. Pœnitentiariam intra mensem, et standi illius mandatis, quin confessarius ipse scribat?

6. Utrum, tuta conscientia doceatur et in praxim deducatur, ut quidam volunt, propter hodiernum periculum ne aperiantur epistolæ à potestate civili, non riquiri ut epistola ad Summum Pontificem dirigatur in casibus urgentioribus, vel quando adiri nequit Papa.

7. Posito quod non requiritur epistola ad Summum Pontificem, nunquid requiritur epistola directa ad Episcopum, stante hoc generali periculo, præsertim quando agitur de absolutione complicis, quæ etiam perfidiose detecta et revelata scandalum generare potest.

R. Ad 1. Negative.

Ad 2. 3. et 4. Orator (Missionarius A.) consulat

Episcopum, et quatenus opus sit, idem Episcopus recurrat ad S. C. Universalis Inquisitionis.

Ad 5. Affirmative.

Ad 6. Negative, cum in precibus nomina et cognomina sint supprimenda.

Ad 7. Provisum in 6.—Act. S. Sedis. April. 1893.

NUM. 29.

EXCOMMUNICATIO.—MAJOR; MINOR: EFFECTUS.—TOLERATA; VITANDA: EFFECTUS.

De hac re agit Auctor lib. 4. Tit. 18.

Excommunicatio est: Censura qua fidelis privatur bonis exterioribus Ecclesiæ.

Sess. 25, c. 3, de reform., legitur: «Quamvis excommunicationis gladius nervus sit ecclesiasticæ disciplinæ, et ad continendos in officio populos valde salutaris; sobrie tamen, magnaque circumspectione exercerdus est: cum experientia doceat, si temere, aut levibus ex rebus incutiatur, magis contemni, quam formidari et perniciem potius parere, quam salutem. Quapropter excommunicationes illæ, quas monitionibus præmissis, ad finem revelationis, ut ajunt, aut pro deperditis seu subtractis rebus ferri solent, à nemine prorsus, præterquam ab Episcopo decernantur; et tunc non alias, quam ex re non vulgari, causaque diligenter, ac magna maturitate per Episcopum examinata (Conc. Aurel. 5. c. 2.), quæ ejus animum moveat; nec ad eas concedendas cujusvis sæcularis, etiam magistratus auctoritate adducatur; sed totum hoc in ejus arbitrio, et conscientia sit positum: quando ipse pro re, loco, persona, aut tempore eas decernendas esse judicaverit. In causis vero judicialibus mandatur omnibus judicibus ecclesiasticis, cujuscumque dignitatis existant, ut quandocumque executio realis, ver personalis in qualibet parte judicii propria auctoritate ab ipsis fieri poterit, abstineant se tam in procedendo, quam difiniendo, à censuris ecclesiasticis, seu interdicto: sed liceat eis, si expedire videbitur, in causis civilibus, ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus, contra quoscumque, etiam laicos, per mulctas pecuniarias, quæ locis piis, ibi existentibus, eo ipso quod exactæ fuerint, assignentur; seu per captionem pigno-

rum, personarumque districtionem, per suos proprios, aut alienos executores faciendam; sive etiam per privationem beneficiorum, aliaque juris remedia procedere, et. causas difiniri. Quod si excutio realis, vel personalis adversus reos hac ratione fieri non poterit, sitque erga judicem contumacia: tunc eos etiam anathematis mucrone, arbitrio suo, præter alias pœnas ferire poterit. In causis quoque criminalibus, ubi executio realis, vel personalis, ut supra, fieri poterit; erit à censuris abstinendum: sed si dictæ executioni facile locus esse non possit; licebit judici hoc spirituali gladio in delinquentes uti; si tamen delicti qualitas, præcedente bina saltem monitione, etiam per edictum, id postulet. Nefas autem sit sæculari cuilibet magistratui prohibere ecclesiastico judici, ne quem excommunicet; aut mandare, ut latam excommunicationem revocet; sub prætextu, quod contenta in præsenti decreto non sint observata: cum non ad sæculares, sed ad ecclesiasticos hæc cognitio pertineat. Excommunicatus vero quicumque, si post legitimas monitiones non resipuerit; non solum ad Sacramenta, et communicationem fidelium, ac familiaritatem non recipiatur; sed, si obdurato animo, censuris annexus, in illis per annum insorduerit, etiam contra eum, tamquam de hæresi suspectum, procedi possit.»

In ferendis excommunicationibus ab homine semper procedendum est cum gravi et urgenti causa, allatis idoneis et legitimis probationibus criminis, cum monitionibus à lege præscriptis, ac servata forma judiciali.

In foro externo nullus est excomunicatus, donec per judicis sententiam reus criminis probetur ac declaretur.

Excommunicationis majoris effectus sunt alii ex jure divino, posita Ecclesiæ sententia, alii ex jure hnmano. Sicut homo per baptismum fit membrum Ecclesiæ, in qua in bonis spiritualibus fideles communicant, per excommunicationem ab Ecclesia ejicitur, atque adeo privatur sacramentis, sacrificio, officio, beneficio, jurisdictione, potestate, et sepultura ecclesiastica, uno verbo juribus omnibus quæ per baptismum acquiruntur, donec veniant emendatio et Ecclesiæ satisfactio.

Sed præter dictos excommunicationis effectus, Apostoli communicationem et commercium etiam civile cum excommunicatis interdixerunt (ep. II Joan. v. 10 et 11; I. Pauli ad Corinth. V, 5; II ad Thessal III, 14; et ad Titum III, 10), ad evitandum perversionis pericula.

Excommunicatio minor, si adest, privat à suscipiendis sacramentis et obtinendis beneficiis. Attamen «si celebret (Sacerdos) minori excommunicatione ligatus, licet graviter peccet, nullius tamen irregularitatis notam incurrit.» Cap. *Si celebret*, de clerico excomm. ministr.

Excommunicatio vitanda incommunicationem mutuam producit, id est, excommunicati cum fidelibus et istorum cum illo; non sic autem tolerata, quæ incommunicationem excommunicati cum fidelibus tantum efficit. Sed inquit Benedictus XIV de Synod. diœces. lib. 6. c. 5. n. 2. «Quamvis per canonem Concilii Constantiensis, qui incipit *ad evitanda*, quique in suo semper vigore permansit, non obstantibus contrariis subsequentibus constitutionibus Concilii Basileensis et Lateranensis nonnihil relaxata fuerit disciplina in eo, quod pertinet ad conversandum, atque etiam in divinis communicandum cum hæreticis, qui tollerantur .., non idcirco tamen arbitrari debent catholici fas sibi esse indistincte cum hæreticis, quamvis non denuntiatis, in rebus sacris et divinis communicare, siquidem Paulus V post maturam rei discussionem neutiquam licere definivit catholicis regni Angliæ hæreticorum templa adire, ritibusque interesse, quos inibi excercent.»

Ante Concilium Constantiense omnes excommunicati excommunicatione majori vitandi erant. Post Constit. Martini V. solum erant vitandi notorii clericorum percussores, et excommunicati nominatim. Communicantes cum excommunicato vitando in crimine criminoso incurrebant excommunicationem majorem; et minorem communicantes cum eodem in divinis, et cum notorio clerici percussore. Hodie minor censura abolita est; major remanet contra eos, qui communicant in crimine criminoso, et contra clericos in divinis scienter et sponte

communicantes cum excommunicatis nominatim, eosque in officium recipientes. Remanet tamen prohibitio sub gravi communicandi cum vitandis in divinis et sacris. Commercium vero civile cum iisdem vitandis permittitur hisce causis: Utile, lex, humile, res ignorata, necesse. Qui absque ulla ex dictis causis communicat in civilibus cum *vitando*, quamvis non incurrat minorem excommunicationem, per quam privaretur à sacramentis suscipiendis et beneficiis obtinendis, graviter peccat.

Præ oculis semper habentes quod ante Concilium Constantiense excommunicati omnes *majores* erant *vitandi*, audiatur S. Thom. Suppl. q. 23 art. 1.: «Duplex est excommunicatio: una est minor, quæ separat tantum à participatione sacramentorum, sed non à communione fidelium. Et ideo tali excommunicato licet communicare; sed non licet ei sacramenta conferre. Alia est major excommunicatio, et hæc separat hominem à sacramentis Ecclesiæ, et à communione fidelium. Et ideo tali excommunicatione excommunicato communicare non licet. Sed quia Ecclesia excommunicationem ad medelam, et non ad interitum, inducit, ideo excipiuntur ab hac generalitate quædam, in quibus communicare licet, scilicet in his quæ pertinent ad salutem, quia de talibus homo licite potest cum excommunicato loqui; potest etiam et alia verba interserere, ut facilius salutis verba ex familiaritate recipiantur. Excipiuntur etiam quædam personæ, ad quas specialiter pertinet provisio excommunicati; scilicet uxor, filius, servus, rusticus et serviens. Sed hoc intelligendum est de filiis non mancipatis: alias tenerentur vitare patrem. De aliis autem intelligitur quod licet excommunicato communicare, si ante excommunicationem se ei subdiderant, non autem si post. Quidam autem intelligunt è converso, scilicet, quod superiores possunt licite communicare inferioribus. Alii vero contrarium dicunt. Sed ad minus in his communicare eis debent in quibus sunt eis obligati, quia sicut inferiores obligantur ad obsequium superiorum, ita superiores ad providentiam inferiorum. Sunt etiam quidam casus excepti; si-

cut quando ignoratur excommunicatio; et quando aliqui sunt peregrini et viatores in terra excommunicatorum, qui licite possunt ab eis emere, vel etiam accipere eleemosynam. Et similiter si aliquis videat excommunicatum in necessitate; quia tunc ex præcepto charitatis tenetur ei providere. Et ista hoc versu continentur.

Utile, lex, humile, res ignorata, necesse.

Ut *utile* referatur ad verba salutis, *lex* ad matrimonium, *humile* ad subjectionem: cætera patent.

Corporalia ad spiritualia ordinantur Et ideo potestas quæ se extendit ad spiritualia, etiam ad corporalia se extendere potest; sicut ars quæ est de fine imperat de his quæ sunt ad finem.»

In casu in quo aliqui ex præcepto charitatis communicare tenetur, non prohibetur.

NÚM. 30.

SUSPENSIO.

De Suspensione agit Auctor lib. 4. tit. 20.

Ad clericos, quibus solis ocurrit suspensio. attinent sequentes resolutiones S. Cong. Concilii anno 1874 erga Missarum celebrationem.

«Cum circa eleemosynas Missarum graves quædam quæstiones S. Sedi propositæ fuerint, eas SSmus. D. N. Pius divina providentia Papa IX. Emis. ac Rmis. DD. S. Rom. Ecclesiæ Cardinalibus Concilio Tridentino interpretando ac vindicando præpositis, expendendas ac resolvendas mandavit. Itaque injuncto sibi muneri, ea qua par est diligentia et consilii maturitate, iidem Emmi. Patres satisfacere cupientes, infranscripta dubia desuper concinnari voluerunt.

I. An turpe mercimonium sapiat, ideoque improbanda, et pœnis etiam ecclesiasticis, si opus fuerit, coercenda sit ab Episcopis eorum bibliopolarum vel mercatorum agendi ratio, qui adhibitis publicis invitamentis et præmiis vel alio quocumque modo, Missarum eleemosynas colligunt, et Sacerdotibus, quibus eas celebrandas committunt, non pecuniam sed libros aliasve merces rependunt?

II. An hæc ágendi ratio ideo cohonestari valeat, vel quia nulla facta imminutione, tot Missæ à memoratis collectoribus celebrandæ committantur, quot collectis eleemosynis respondeant, vel quia per eam pauperibus Sacerdotibus, eleemosynis Missarum carentibus subvenitur?

III. An hujusmodi eleemosynarum collectiones et erogatiònes tunc etiam improbandæ et coercendæ, ut supra, sint ab Episcopis, quando lucrum, quod ex mercium cum eleemosynis permutatione hauritur, non in proprium colligentium commodum, sed in piarum institutionum et bonorum operum usum vel incrementum impenditur?

IV. An turpi mercimonio concurrant, ideoque improbandi atque etiam coercendi, ut supra, sint ii, qui acceptas à fidelibus vel locis piis eleemosynas Missarum tradunt bibliopolis, mercatoribus, aliisque earum collectoribus, sive recipiant, sive non recipiant quidquam ab iisdem præmii nomine?

V. An turpi mercimonio concurrant, ideoque improbandi et coercendi, ut supra, sint ii, quia dictis bibliopolis et mercatoribus recipiunt pro Missis celebrandis libros, aliasve merces, harum pretio sive imminuto, sive integro?

VI. An illicite agant ii, qui pro Missis celebratis recipiunt stipendii loco libros vel alias merces, seclussa quavis negotiationis, vel turpis lucri specie?

VII. An liceat Episcopis, sine speciali S. Sedis venia, ex eleemosynis Missarum, quas fideles celebrioribus Sanctuariis tradere solent, aliquid detrahere, ut eorum decori et ornamento consulatur, quando præsertim ea propriis reditibus careant?

VIII. An et quid agendum ab Episcopis, ne in iisdem Sanctuariis plures Missarum eleemosynæ congerantur quam quæ ibi intra præscriptum, seu breve tempus, absolvi queant?

IX. An et quid agendum ab Episcopis ut Missæ, sive quæ singulis Sacerdotibus, sive quæ Ecclesiis et locis piis à fidelibus celebrandæ committuntur, accurate et fideliter persolvantur?

Quibus dubiis, non semel in propriis comitiis sedulo et accurate perpensis, tandem in Congregatione Generali, habita in Palatio Apostolico Vaticano die 25 Julii 1874, iidem Emmi. Patres in hunc modum respondendum censuerunt videlicet.

Ad. I. Affirmative.—Ad. II. Negative.—Ad. III. Affirmative.—Ad. IV. Affirmative.—Ad. V. Affirmative.—Ad. VI. Negative.—Ad. VII. Negative, nisi de consensu oblatorum.—Ad. VIII. et IX. Standum Constitutionibus Apostolicis et Decretis alias datis.

Factaque die 31 Augusti 1874 de his omnibus SSmo. D. N. per me infrascriptum Secretarium relatione, Sanc-

litas Sua resolutiones S. Congregationis Apostolica sua auctoritate adprobavit et confirmavit, atque ad Episcopos transmitti jussit, ut ipsi eas intra propriæ jurisdictionis limites exequendas perpetuoque et inviolabiliter servandas curent.

Contrariis non obstantibus quibuscumque.

In præcedentis Decreti confirmationem nuper datæ sunt litteræ sequentes:

DECRETO DE LA SAGRADA CONGREGACIÓN DEL CONCILIO.

Siempre esta Sagrada Congregación se ha dedicado con gran solicitud á quitar y desarraigar los abusos que se refieren á la celebración de Misas, para lo cual dió muchos decretos por los que se prohibía en esta materia todo lucro damnable, y se mandaba guardar religiosamente la pía voluntad de los testadores y la palabra empeñada á los bienhechores.

Por esta causa, para cohibir la depravada licencia de algunos que se servían de Misas con el intento de permutar mas fácilmente con el clero los periódicos, libros y otras mercancías, estableció algunas cosas que con la aprobación de Pío IX, de feliz recordación, cuidó de que se dieran á luz y fueran comunicadas á los Ordinarios, para que fueran de todos cumplidas. Propusiéronse, en efecto, á la Sagrada Congregación las siguientes dudas:

«I. Si sabe á torpe negociación y merece, por lo tanto, reprobarse y cohibirse con penas eclesiásticas, el proceder de aquellos libreros ó mercaderes que, con públicas invitaciones ó proponiendo premios, ó de cualquier otra manera, recogen limosnas de Misas y entregan á los sacerdotes á quienes las encargan, no el dinero, sino libros ú otras mercancías:

»II. Si puede cohonestarse este proceder, ó porque los dichos colectores, sin inmutación alguna, manda decir tantas Misas cuantas corresponden á las limosnas recogidas, ó porque de este modo se socorre á los sacerdotes pobres con las limosnas de las Misas:

»III. Si el recoger é invertir las limosnas del modo dicho se ha de reprobar y cohibir por los Obispos, aún cuando el lucro que resulta de la permuta de las mercancías por las limosnas no se aplique á favor de los colectores, sino en la institución, uso ó fomento de obras buenas ó piadosas:

»IV. Si cooperan á torpe negociación, y han por lo tanto de ser reprendidos y cohibidos, como se dijo arriba, los que entregan las limosnas de Misas que han recibido de los fieles ó de lugares píos, á los libreros, mercaderes y á otros cualesquiera que se dedican á recogerlas, ora reciban de éstos, ora no, alguna cosa como premio:

»V. Si cooperan á torpe negociación, y han por lo tanto de ser reprendidos y cohibidos, como se dijo antes, los que por las Misas reciben de dichos libreros y mercaderes libros ú otras mercancías, ora se les rebaje, ora no, el precio de ésta:

»VII. Si es lícito á los Obispos, sin el permiso de la Santa Sede, de las limosnas de las Misas, que suelen los fieles entregar á los más célebres santuarios, reservar alguna parte para el decoro y ornamentación de los mismos, mayormente cuando los santuarios carecen de réditos:

»En la junta especial habida en el año de 1874, resolvió la Sagrada Congregación.

»Ad I.—*Affirmative.*

»Ad II.—*Negative.*

»Ad III, IV et V.—*Affirmative.*

»Ad VII.—*Negative, si no es con consentimiento de los donantes.*»

Mas constando que en estos últimos años, ora por ignorancia, ora por malicia, se había descuidado en gran manera el cumplimiento de estas saludables dis-

posiciones y que se habían introducido no pequeños abusos en esta materia, los eminentísimos Padres, intérpretes y guardadores del sagrado Concilio de Trento, después de haber pesado bien todas las cosas en dos juntas generales, juzgaron ser de su oficio el recordar á todos de nuevo lo que ya antes se había decretado, estimular al entero cumplimiento de ello y añadir la conveniente sanción para dar mayor fuerza á lo establecido.

Así, pues, establecen por el presente decreto que en adelante, si algún sacerdote quebrantase los decretos antes enunciados, quede suspenso *ipso facto à divinis* con suspensión reservada á la Silla Apostólica; si el delincuente es clérigo, pero no sacerdote, quede sujeto á la misma suspensión en cuanto á los órdenes recibidos, y sea hecho inhábil para recibir los órdenes superiores; finalmente si es laico, quede sujeto á excomunión *latæ sententiæ* reservada á los Obispos.

Además, habiéndose comprobado por la experiencia que los males que deploramos se originan principalmente y toman fuerzas por amontonarse en manos de personas privadas mayor número de Misas que el que la justa necesidad reclama, los mismos eminentísimos Padres, adhiriéndose á las disposiciones dadas ya por los Romanos Pontífices, y más en particular por Urbano VIII é Inocencio XIII en la Constitución *Cum saepe contingat*, establecen y mandan bajo precepto de obediencia que en adelante todos y cada uno de los beneficiados y administradores de obras pías en todo el mundo, y cuantos de cualquier manera estén obligados á satisfacer cargas de Misas, ora sean eclesiásticos, ora laicos, entreguen á los Ordinarios, de la manera que éstos determinen, las Misas que al fin de cada año hubieren quedado sin satisfacer. Empero los Ordinarios distribuirán primeramente las intenciones de las Misas recibidas, con sus correspondientes estipendios, entre los sacerdotes de su jurisdicción que las necesitaren; de otra suerte envíenlas ó á la Santa Sede, ó á otros Ordinarios, ó también si quieren á los sacerdotes de otras

diócesis, con tal que les sean conocidos y en todos conceptos merecedores de su confianza, y presenten además los legítimos documentos en que conste que han satisfecho á las Misas dentro del tiempo conveniente y prefijado.

Por último, revocando cualesquiera indultos y privilegios concedidos que de cualquier manera sean contrarios á estas disposiciones, la Sagrada Congregación encomienda al cuidado y deber de los respectivos Ordinarios hacer con diligencia sabedores del presente decreto á todos los eclesiásticos sujetos á su jurisdicción y á cuantos les interese conocerlo, para que nadie pueda en adelante alegar ignorancia ni excusarse con ningún pretexto del cumplimiento de él, y además el vigilar continuamente, ya en la santa visita, ya fuera de ella, para que no se introduzcan de nuevo abusos de este género.

Hecha relación de todo esto á nuestro Santísimo Señor el Papa León XIII por el infrascrito prefecto de la Sagrada Congregación, Su Santidad ha ratificado, confirmado y mandado dar á luz este decreto de los eminentísimos Padres, sin que obste nada en contrario.

Dado en Roma á 25 de Mayo de 1893.—LUIS, CARDENAL OBISPO DE SABINA, *Prefecto*.—L. Salvati, *Secretario*.—Decretum latine invenitur in Act. Sanctæ Sedis, Fascicul. 1 pro mense Augusti 1893.

NUM. 31.

INTERDICTUM.

De interdicto agit Auctor lib. 4, tit. 19.

Interdictum est: censura qua loca vel personæ privantur à divinis officiis, sacramentis et ecclesiastica sepultura.

Bonifacius VIII in cap. Alma mater de Sentent. excomm. in 6 concessit ut tempore interdicti ab homine vel à iure probati, tam sani quam infirmi ad poenitentiam licite admittantur; exceptis specialiter interdictis, nisi prius satisfecerint, vel idoneam cautionem de satisfaciendo dederint. Permissit insuper ut singulis diebus in Ecclesiis et monasteriis Missæ celebrarentur, et alia dicerentur officia sicut prius; submissa tamen voce, ianuis clausis, excommunicatis ac interdictis exclusis, et campanis non pulsatis. Sed in festivitate Natalis Domini, Paschæ, Pentecostes, et Assumptionis campanæ pulsentur, et divina officia solemniter celebrentur, excommunicatis exclusis, sed interdictis admissis, modo qui causam interdicto dederint ad altare non accedant. Martinus V, ad præfatos solemnes dies festum quoque Corporis Christi, atque eius Octavam adiunxit. Itaque interdictum, exposita causa, tum divini officii celebrationem, tum sacramentorum administrationem, tum ecclesiasticam sepulturam prohibet.

Pœna ab ingressu Ecclesiæ affinis est interdicto personali particulari. «Is, cui est Ecclesiæ interdictus ingressus, cum sibi per conseqüens censetur in ipsa divinorum celebratio interdicta, irregularis efficitur, si contra interdictum hujusmodi divinis in ea se ingerat.» Cap. 20 de Sent. excomm. in 6.

Affinis etiam est interdicto *cessatio à divinis* in Ecclesia polluta. Hujus prohibitionis per clericum violatio peccatum mortale est, sed non fert secum irre-

gularitatem. Alia est *cessatio à divinis*, imposita à superiore in signum mæroris, vel pro reparatione gravis injuriæ Deo illatæ, quæ quidem prohibitio afficit omnes, clericos et fideles. De *cessatione à divinis* loquitur in Cap. u't. de consecr. eccles.; cap. 18 de sentent. excomm. in 6.; et Clement. 1 de sentent. excomm.

Super facultatibus à Bulla Cruciatæ concessis circa interdictum, videatur hæc Bulla.

NÚM. 32.

PŒNÆ STRICTÆ.

De his agit Auctor lib. 1., tit. 8, sect. 4; et lib. 4, tit. 1, 12, 18, 20.

Dividuntur pœnæ in temporales et spirituales.

Temporales sunt infamia, mulctæ pecuniariæ, pignorum captio, personarum districtio, de quibus loquitur ses. 25, c. 3. de ref.: «In causis judicialibus mandatur omnibus judicibus ecclesiasticis, cujuscumque dignatis existant, ut quandocumque executio realis, vel personalis in qualibet parte judicii propria auctoritate ab ipsis fieri poterit, abstineant se tam in procedendo, quam definiendo, à censuris ecclesiaticis, seu interdicto: sed liceat eis, si expedire videbitur, in causis civilibus, ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus, contra quoscumque, etiam laicos, per mulctas pecuniarias, quæ locis piis, ibi existentibus, eo ipso quod exactæ fuerint, assignentur; seu per captionem pignorum, personarumque districtionem, per suos proprios, aut alienos executores faciendam; sive etiam per privationem beneficiorum, aliaque juris remedia procedere, et causas difinire. Quod si executio realis, vel personalis adversus reos hac ratione fieri non poterit; sitque erga judicem contumacia: tunc eos etiam anathematis mucrone, arbitrio suo, præter alias pœnas ferire poterit. In causis quoque criminalibus, ubi executio realis, vel personalis, ut supra, fieri poterit; erit à censuris abstinendum: sed si dictæ executioni facilè locus esse non possit; licebit judici hoc spirituali gladio in delinquentes uti; si tamen delicti qualitas, præcedente bina saltem monitione, etiam per edictum, id postulet. Nefas autem sit sæculari cuilibet magistratui prohibere ecclesiastico judici, ne quem excommunicet; aut mandare, ut latam excommunicationem revocet; sub prætextu, quod contenta in præsenti

decreto non sint observata: cùm non ad sæculares, sed ad ecclesiasticos hæc cognitio pertineat.

Spirituales sunt: irregularitas, privatio beneficii vel officii, inhabilitas ad beneficium vel officium, depositio, degradatio, et anathema.

Privatio beneficii vel officii legitime et valide accepti potest esse lata vel ferenda.

Inhabilitas secum fert nullitatem in receptione beneficii vel officii.

Depositio, ex se perpetua, potest esse partialis, vel totalis; sed relinquit canonis et fori privilegium.

Código penal aplicado á Filipinas.

Las faltas solo se castigan cuando han sido consumadas.

Se exceptúan las faltas frustradas contra las personas ó la propiedad. Art.° 5.°

La circunstancia de sér el reo indígena, mestizo ó chino la tendrán en cuenta los Jueces y Tribunales para atenuar ó agravar las penas, según el grado de intención respectivo, la naturaleza del hecho y las condiciones de la persona ofendida, quedando al prudente arbitrio de aquellos. Art.° 11.

No se reputarán penas:

1.° La detención y la prisión preventiva de los procesados.

2.° La suspensión de empleo ó cargo público acordada durante el proceso ó para instruirlo.

3.° Las multas y demás correcciones que en uso de las atribuciones gubernativas ó disciplinarias impongan los superiores á sus subordinados ó administrados.

4.° Las privaciones de derechos y las reparaciones que en forma penal establezcan las leyes civiles. Art. 24.

Cuando la pena de inhabilitación, en cualquiera de sus clases, y la de suspensión, recayeren en personas eclesiásticas, se limitarán sus efectos á los cargos, de-

rechos y honores que no tuvieren por la Iglesia, y á la asignación que tuvieren derecho á percibir por razón de su cargo eclesiástico. Art.º 59.

No podrá ejecutarse pena alguna sino en virtud de sentencia firme. Art.º 98.

INDEX
EORUM QUÆ AUCTORI ADDUNTUR

APPENDICES.

Pág. lib. IV.

Núm. 1.

Núm. 2.

Núm. 3.

Núm. 4.

Núm. 5.

Núm. 6.

Núm. 7.

Núm. 8.

ALIÆ APPENDICES.

In hoc volum.
Pág.